pes qũo ſe hr̃e debeant circa ſpẽ & deſpatio
nẽ q̃ reſpiciunt futurũ bonũ. Sic ẽm eandẽ
methadẽ eos inſtruere poſſumus: qũo ſe
hr̃e debeant contra timorẽ & audatiã q̃ re/
ſpiciunt futurũ malũ. Videt̃ ãt fore aliqbus
reges & principes in nullo debere ẽẽ timi/
dos. qa talia regiæ maieſtati derogare di/
cunt̃. multos ãt ſic incitantes reges hr̃e cõ/
ſueuerunt pſuadẽtes eis ut oĩa audeant: ni/
hil caueant: ſed tales ſunt adulatores nõ ueri
dici. docent. n. reges nõ ẽẽ fortes: nã q oĩa
audent & nihil timent, ut dr̃ primo magno
rũ moraliũ. nõ eſt fortis ſed fatuus. Opor/
tet ergo uidere qũo eos ẽẽ deceat timidos:
& audaces. Timor ãt ſi moderatus ſit expe
diens eſt regibus & principibus. Moderato
n. timore oẽs principantes timere debẽt:
ne aliqd inſurgat in regno qd' eius bonũ
ſtatũ deprauare poſſit. ℭ Poſſumus ãt q̃tũ
ad p̃ſens duplici uia inueſtigare q̃ modera
tus timor neceſſarius ſit regib⁹. Pr̃ia uia ſu
mit̃ ex parte conſilii habendi. Secunda ex
parte opis fiendi. ℭ Prima uia ſic patet. nã
ut dr̃. 2. retho. ca. de timore. timor conſi/
liatiuos facit: ex eo q̃ aliqs ei timet conſi/
liat̃. qũo poſſit effugere malũ qd' dubitat.
Cũ ergo unũ totũ regnũ abſq; magno con
ſilio debite gubernari nõ poſſit. expedit
principibus & regibus ut conſiliatiui red/
dant̃. hr̃e aliquẽ moderatũ timorẽ. ℭ Se/
cundo hoc idẽ inueſtigare poſſumus ex par
te opis fiendi. Nã nõ ſufficit ſollicitari cir/
ca conſilia & iudicare de conſiliatis. niſi
conſiliata & iudicata p opa debite & dili/
genter exeq̃mur. Moderatus ãt timor nõ ſo
lũ conſiliatiuos facit: ſed ẽt agit ut opa dili
gentius opemur. Nã ſi moderatus aſſit ti/
mor diligentius agimus opa p q̃ fugere cre
dimus timorẽ illũ. Oñſũ eſt ergo q̃ decet re
ges & principes moderatũ hr̃e timorẽ attñ
immoderate timere nullo mõ decet eos.
Immoderatus. n. timor. 4. hr̃e uidet̃ q̃ oĩno
derogant regno. Nã timor immoderatus
primo reddit hoĩem immobilẽ & contra/
ctũ. Secundo facit ipm̃ inconſiliatiuũ. Ter
tio facit eũ tremulentũ. Quarto facit eũ in
operatiuũ. Cũ. n. qs timet: calor ad interio
ra p̃gredit̃. modũ. n. quẽ uidemus in homi
nibus aſpicere poſſumus in calore corpo/
ris naturalis. cũ. n. hoĩes exiſtentes in cam/
pis timent ſtatim confugiunt ad caſtrũ uel
ad arcẽ. Sic cũ qs timet: calor exiſtens in ex
terioribus membris ſtatim confugit ad in/
teriora. pp qd' nõ in ſeipſo contrahit̃ & red
dit̃ immobilis. quare ſi indecens eſt caput
regni ſiue regẽ ẽẽ immobilẽ & contractũ.
Indecens eſt ipm̃ timere timore immodera
to. Secundo hoc eſt indecens: quia immo
deratus timor facit hoĩem inconciliatiuũ.
cũ. n. quis immoderate timet totus obſtupe
ſcit: & eſt in agonia dictus & ignorat qd' fa
ciat. pp qd' nõ recordat̃ conſiliari: & ſi con
ſiliũ ei det̃ pp obſtupefactionẽ nõ apphen/
dit illud q̃re ſi indecens eſt ut facta regni ſi
ue conſilio gerant̃. & ut rex ſit inconſiliati/
uus. indecens eſt ipm̃ timere immoderato
timore. ℭ Tertio immoderatus timor red
dit hoĩem tremulentũ. Nã pp timorẽ calo
re p̃grediente ad interiora: exteriora mem
bra frigida manent. nerui ergo fiunt frige/
facti nõ ualentes ſuſtinere membra. q̃re ac/
cidit eis tremor. ergo ſi inconueniens eſt re
gẽ ẽẽ tremulentũ: q debet ẽẽ uirilis & con/
ſtans. inconueniens eſt ipm̃ timere immo/
derato timore. ℭ Quarto immoderatus ti
mor reddit hoĩem inopatiuũ. Nã hõ pp ti
morẽ immoderatũ tremens & obſtupefa/
ctus immobilitat̃: & neſcit qd faciat. cũ er
go totũ regnũ ſit in rege tanq̃ in mouente
& q̃ portet impiũ eius ſi rex ſit inopatiuus
& imparenõ ualeat: pp immoderatũ timo
rẽ toti regno p̃iudiciũ gignit̃. q̃re ſi hoc eſt
indecens: nõ decet regẽ immoderato timo
re timere. ℭ Viſo qũo reges ſe hr̃e debeãt
ad timorẽ: qa difficilius eſt reprimere timo
rẽ q̃ moderare audatiã ut dictum fuit ſupra
ca. de fortitudĩe. de facili uideri põt qũo ſe

habere debeāt ad audatiā īmoderatam:ſed moderatā. Nā ſi audatia ſit īmoderata homo plus præſumit q̄ debeat:ꝙ regib⁹ nō expedit:qa tūc periculo expōerēt totū regnū. Si uero quis nullā audatiā habeat omnino eſt indecens. qa tunc nihil aggredit̄. Moderate ergo ſe habere ad timorē & ad audatiā regibus & principibus omnino congruit.

¶ Quomodo differt ira ab odio: & quomodo reges & principes ſe habere debeant ad iram & eius oppoſitum. Ca. vii:

q VIA ira maximā affinitatē uidetur hr̄e cum odio. Prius q̄ oñdamus qūo reges & pricipes ſe hēre debeāt circa irā & manſuetudinē. Videndū eſt quo ira differat ab odio: & qd̄ eſt deteſtabilius an odiū an ira īordiata. Eſt āt una prīcipalis dr̄ia inter irā & odiū. qa odiū eſt appetitus mali ſimpliciter & abſolute. Nam odiū opponit̄ amori. Amare āt ut dr̄. 2. retho. eſt idē ꝙ uelle alicui bonū ꝑm ſe. ſic odire aliquē uelle malū ei ſimpliciter & abſolute. ira āt nō ſic, nā ira nō eſt appetitus mali ꝑm ſe:ſed in ordine ad uindictā. Pōt. n. diffiniri ira. ꝙ eſt appetitus pœnæ in uīdictā. Ex hac āt differētia prīcipali inter irā & odiū ſumūt̄ octo differētiæ q̄s aſſignat phūs. 2. retho. ¶ Pria differētia ē: qa ē ira ex his q̄ ſūt ad ſeipm̄ uel ex pertinētib⁹ ad ipm̄ odium. Odiū āt eē pōt de pertinētib⁹ ad ipm̄ & ad aliā. Nā null⁹ iraſcit̄ alicui niſi credat ipm̄ fore feciſſe uel in ſe uel in filios: uel in amicos:uel in alios ad ſe ptinētes. Dictū ē .n. irā eē appetitū pœnæ: nō ſimpliciter: ſ; in ordine ad uindictā. Nullus āt ulciſci deſiderat niſi de fore faciētib⁹:uel in ipm̄ uel in ptinētibus ad ipm̄. Sed odire qd̄ eſt uelle malū ꝑm ſe eē pōt. uel de ptinētib⁹ ad ſe uel ad alium. ſtatim. n. cum ſcimus aliquem eē malum. ut cum ſcimus aliquē eſſe furē: poſſumus ipm̄ odire: ſiue fore fecerit in nos: ſiue in alios. ¶ Secunda differētia eſt: qa ira ſemper eſt in ſingulari. Odire poteſt eſſe in cōmuni. Odire āt poteſt aliquis cōmuniter omnē furē & detractorē. Sed iraſci nō poteſt: niſi alicui ſpāli. nā cū homo in cōi nō iniuriet̄ nobis: ſed ſēp cōmittat̄ iniuria per aliquē hoīem ſpālem: ſed odire poſſum⁹ fures uniuerſaliter. nō tñ irraſcimur niſi alicui ſingulari. ¶ Tertia dr̄a ē. qa odiū eſt qd iſatiabile. ſed ira ſaciat̄ nā ſi odiū eſt appetitus mali ſimpliciter ille quē odim⁹ nō poſſet tm̄ hēre de malo quin uelem⁹ ꝙ hr̄et plus. Sed ira q̄ eſt appetit⁹ pœnæ nō ſimpliciter ſed ut ordinat̄ ad uindictā eſt quid ſaciabile. quia cū aliquis tantū paſſus eſt ꝙ uideatur irato ultionem decētē factam eſſe: ſatiatur ira. & quieſcit iratus: ¶ Quarta differētia eſt: quia iratus appetit contriſtare. Sed odiens appetit nōcere. uult enim iratus inferre dolorem & triſtitiam. Sed odiēs uult inferre damnum & nocumentū. ¶ Quinta differentia eſt. quia ſentiri quidē uult iratuſ. odienti āt nihil differt: nō enim ſufficit irato ꝙ alter patiatur: niſi ſentiatur & ut manifeſte appareat: ꝙ ipſe ei inferat illud malum. quia aliter non eſſet uindicta: ſed odiēti qdē nihil differt. nā cū odiū ſit mali ꝑm ſe & abſolute: ſufficit odienti ꝙ alter patiat̄ malum qualitercūq; ei accidat malū illud. ¶ Sexta differentia eſt qa ira ſemper eſt cū triſtitia; tanta enim eſt axietas irati ut uindicta fiat: ꝙ donec ſit facta ultio quaſi cōtinue eſt in triſtitia. Sed odiū ſine triſtrtia eē poteſt. nam odiū eſſe ualet ad aliud in communi. odire. n. poſſumus uniuerſaliter omnes fures. nō. n. oportet ꝙ triſtitia comitet̄ hmōi odiū. ¶ Septima differētia eſt: quia iræ uidet̄ eē annexa miſericordia: non autē odio. Nā cū ira ſatietur: ſi multa mala inferant̄ alteri iratus miſeret̄ ei: ſed odiū ꝓ nullo miſerebit̄: cū ſit qd inſatiabile. ¶ Octaua differentia eſt. quia ira uult contra pati. ſufficit. n. irato ꝙ alter contra patiat̄: donec fiat condigna ultio: ſed odiū extermīnat & uult nō eſſe. nō. n. ſufficit odiēti ꝙ alter contra patiat̄: ſed uult eum interemi & nō eſſe. cū ergo cōditiones odii ſint multo peiores

peiores q̄ conditiones iræ. magis cauendū ē odiū q̄ ira. ymo iram tranſire i odiū ſm Auguſtinū. hoc eſt trabē facere de feſtuca. Eſt ergo hmōi odium cauendū a quolibet. Magis tñ cauendum eſt regibus & principibus. quia inferre poſſunt pluribuſ nocumentum. Sic igiť ſentiendū de odio & ira eſt. qa odium deteſtabilius eſt q̄ ira. nihilomin⁹ tñ ira ſi inordinata ſit deteſtabilis eſt. ut ergo appareat quomodo reges & principes ſe habere debeant circa iram & manſuetudinem Sciēdū q̄ ira aliqñ ratione præcedit: & tūc ē ī ordinata & cauēda. aliqñ ſequitur ordinē rōiſ & tūc pōt eſſe ordinata & imitāda. Si eni ira ratiōem p̄cedat dupliciter eſt cauēda. Primo qa nō perfecte rōem audit. Secūdo qa eam obnubilat. Ira eni rationē p̄cedēs ſm phūm vii. ethi. aſſimilať cāib⁹: uel aſſimilať ſeruis uelocib⁹: Serui eni ueloceſ ſtati cū audiūt uerbū dñi: āte q̄ plene p̄cipiāt p̄ceptū ei⁹ currūt ut exequāť mādatū ip̄ius. q̄re cōtigit eos deficere: qa nō pfecte pceperūt qūo exequēdū ſit mādatū illud. ſic etiā & cāes ſtati cū audiunt ſonitū uenietis latrāt nō diſtiguētes: an uēiens ſit amic⁹ uel inimicus. Sic & ira facit ſtati eni cū ratio dicit uīdictā eſſe fiēdā: ſtati uult currere: ut uīdictā exequať. nō expectās ſup hoc iudicium rōis: q̄liter uīdicta illa fieri dēat. Eſt igiť cauēda ira īordiata: qa nō pfecte rōem audit. Secundo cauēda ē. qa rōem obnubilat nā corpe ñ exñte īdebito tēpamēto īpedimur ab uſu rōis q̄re cū p irā accēdať ſāguis circa cor: corp⁹ reddiť ītēpatū ut nō poſſum⁹ debite rōe uti. Ratio eni uel ītellect⁹ licet nō ſit uirt⁹ corpalis. utiť tñ ī ſuo actu corpalib⁹ orgāis: pp q̄d corpe exñte īdiſpoſito nō pōt liberť uti actu ſuo q̄re ſi ī quolibet hoīe cauēdū ē haberť rationē obnubilatā: & nō plene ratiōi obediť. cauēda a quolibet ē ira īordinata: magis tñ cauēda ē a regib⁹ & p̄cipib⁹ qa eos maxime decet ſeq imperiū ratiōis. Cauēda ē ergo ira īordīata & rationē p̄cedēs. Sed ſi etiā ſequať īperiū ratiōis pōt eſſe ordinata & imitanda. Nam cū ira eſt rationis organū & agit ſcdm imperiū rationis uirili⁹ exeqmur opa uirtuoſa. Vnde. iii. ethi. approbať dictū hominis dicētis uirtutē immitteř furori. tūc eni uirt⁹ furori uel iræ imittiť mō debito & ut decet: quādo ira ē organum uirtutis & ratiōis: Patet ergo qūo nos habere debemus circa irā & manſuetudinē. qa p māſuetudinē reprimēda eſt ira. ne p̄cedat iudiciū rationis. & per irā reprimēda eſt māſuetudo: ne īpediat uirtutū opa & rationis actū. ante ergo q̄ per ratiōem iudicemus plene q̄d agēdū debem⁹ eē māſueti. Sz poſt q̄ plene uiſū ē q̄d facturi ſumus: poſſum⁹ aſſumere irā tanq̄ ſeruā & ancillā rationis: ut p eam exequamur uirili⁹: quæ ratio iudicabit. Sic ergo ſe habere circa irā & manſuetudinē. tāto magis decet reges & principes: quāto magis decet eos non impediri in uſu rationiſ & uiriliter exequi quæ ratio iudicabit.

## ❡ Quomodo Reges & prīcipes ſe haberē debeāt circa delectatiōeſ & triſtitiaſ. Ca. viii.

[u] IDEBATVR eni ſupra delectationes & triſtitias: tenere ultimū gradum in ordīe paſſionum: quia ad eas tanquam ad paſſioneſ ultimas omēſ aliæ terminātur. nulla enim paſſio ē quæ nō terminetť uel ad triſtitiam uel ad delectationē. ❡ Dicto ergo de omnib⁹ aliis paſſionibus. Reſtat dicere quomodo reges & prīcipes ſe habere debeāt circa delectationes & triſtitias. De delectationib⁹ autem fuit duplex opinio antiquorum: ut patet per Philoſophum decimo ethicorū. Endoſus autē poſuit omnem delectationē eſſe bonam. quia quod ab omnib⁹ appetitur maxime uidetur eſſe bonum & eligibile. omnia autē appetunt delectari: q̄ nō eſſet niſi delectatio ſimpliciter eſſet de genere bonorū. Adducebat autē Endoſus ad hoc rationē aliam ex ipſa triſtitia quæ eſt delectationi contraria. Nam ſi triſtitia quælibet ē fugienda: & habet rationem mali quælibet delectatio ē proſequēda & habet rationē boni. Alii autem e contrario dicebant omnē delectationem eſſe fugiendā

Sed hii omnē delectationē cōdmenātes ſtati ſuā poſitionē oſtendebāt repræhēſibilem qa ſcdm Phūm abſq; delectatiōe aliqua nullus uiuere poteſt. Si ergo negās loquelā cōcedit loquelā. ut patet per philoſophū.iiii. methā. Sic ponens omnē delectationē eſſe fugiendā: ponit aliquā delectatioué eſſe pſequendā. Nam cū loquela non poſſit negari niſi per loquelam: negans loqlam loquitur. loquendo aūt cōcedit loqlam. quare negando loqlam cōcedit loqlam. Sic qa nullus omnē delectationē fugit: niſi delectabile ſit ei omnē delectationē fugire. Sequitur q; fugienſ omnē delectationē ſequatˀ aliquā delectationē. Inter has aūt duas uias omino contrarias: ē uia Philoſophi media: q; non omniſ delectatio ē ſimpliciter bona: nec omnis ſimpliciter mala. Sed aliq̄ delectatio eſt bona exiſtēter; aliq̄ apparēter. aliq̄ ſimpliciter. aliqua ſcdm qd. aliqua ē bōa uni aliqua ē bona alteri. Sicut enī uidem⁹ in guſtu: ſic & in appetitu iudicare poſſumus. Aliqui enī habent guſtū infectū ut infirmi. Aliq habēt ipſū bene diſpoſitū: ut ſani. Sic aliq habent appetitum infectū ut uicioſi. Aliqui habent ipſū bene diſpoſitū: ut homines boni & uirtuoſi. Sicut ergo non ſūt dicēda uere dulcia: quæ uidētur dulcia infirmis: & habentibus guſtū infectū. Sed q̄ uidentˀ dulcia ſanis: & habētib⁹ linguā bene diſpoſitā. Sic non ſūt dicenda uere delectabilia quæ ſūt delectabilia uicioſis & habentib⁹ appetitū ifectū. Sed quæ ſūt delectabilia bonis: & habentib⁹ uolūtatē rectā. Erūt ergo aliq̄ delectabilia uere & ſimpliciter aliqua apparēter & ſcdm qd. Sic erūt delectationes bonæ exiſtēter & ſimpliciter. aliquæ uero apparenter & ſm quid. Rurſus qa delectatio contigit ex coniūctione cōueniētis cū conuenienti. Cū ergo alia cōueniāt beſtiiſ. alia hoibus. Aliquæ delectationes ſūt cōueniētes beſtiis. aliquæ uero hominib⁹. Delectatiōes aūt itelligiles & uirtuoſæ ſūt cōueniētes hōib⁹. S; delectationes ueneræ & ſēſibiles ſūt cōueniēteſ beſtiis. Si aute hoies talib⁹ delectatōib⁹ uti debēt: hoc ñ ē ſm ſe & ſipliciter. ſed put hēnt ordinē & put de ſeruiūt actōibus uirtuoſis. Patet ergo qūo nos hr̄e debem⁹ ad ipas delectationes. Nā cū deteſtabile ſit cuilibet q; ſit uicioſus & q; mores habeat beſtialeſ ſpectat ad queli bet ſeq nō q̄ ſūt delectabilia beſtiis. S; q̄ ſūt rōabilib⁹ & hōib⁹ uirtuoſis delectabilia. Ois igr̄ delectatio bōa ē: ut arguebāt rōnes pmiſſæ: ſ; ñ oīs delectatio ē bōa cuilibet: ſ; aliq̄ ē bōa beſtiis: aliq̄ uero hōib⁹. quāto ergo deteſtabili⁹ ē reges & pricipes eligerˀ uitā pecudū. tāto deteſtabili⁹ ē eos ſeq beſtiales delectatōes. Patet igr̄ qūo reges & pricipes ſe ad delectatōes hr̄e debēt qa pricipaliter & p ſe delectari debēt i opib⁹ uirtuoſis. Nā delectatio ſēp pficit & expeditiorē reddit opationē cōueniētē. Si igr̄ reges & pricipes delectabūtˀ i actib⁹ prudētiæ & i opib⁹ uirtuoſis expeditiori mō & magis pfecte efficere poterūt hmōi opa. Nā q̄to qs uehæmēttori modo delectatˀ i actibus uirtuoſis tāto excellentius efficit illos actus. In delectationib⁹ autē ſenſibilib⁹ delectari nō debēt pricipaliter & p ſe. ſed uti debēt eis moderate: & put habēt oridinē ad opa uirtuoſa. Nā ſi tales delectatiōes uehæmētes ſint rōnē obnubilāt & operationes ipediunt uirtuoſas. ¶ Viſo qūo reges & principes ſe habere debeāt ad delectationes. Videre reſtat qūo ſe habere debent ad triſtitias. Triſtitia aūt nūq; ē aſſumenda: nec ē laudabilis niſi ſuppoſito aliquo turpi. Si qs enī uidet ſe i aliquo turpia egiſſe debet dolere & triſtari. De turpib⁹ igitˀ ē triſtādū: ſed oīs alia triſtitia ē moderāda & uitāda: ut ergo huiuſmodi triſtitia moderetˀ: dāda ſūt remedia p quæ hmōi triſtitia uitari poſſit. Videtˀ aūt Phūs tria remedia tangere p quæ triſtitia uitatur. uidelicet uirtutes: amicos: & cōſiderationem ueritatis. Per uirtutes enim uitatur triſtitia. quia ut uult Phūs: ix. ethic. Mali & uicioſi ſeipſis non gaudent. non enī inueniunt unde delectari poſſint in ſeipſis. Nā mali ſibi ipſis inimicantˀ: & in ſeipis diſ

ratione iudicant: & aliud paſſione agũt. q̄re cum in ſeipſis pacem non habeãt de ſeipſis non gaudent. Magnũ ergo remediũ & ut in nobis ipſis delectationẽ inueniamus: eſt fugere uicia & habere uirtutes. ¶ Secundũ remedium eſt cõſolatio amicorũ: ut ĩ eodẽ. 9. ethi. traditur. Videtur enĩ triſtitia eſſe quoddã põdus aggrauans aĩam. Sicut ergo in põdere corporali: cũ multi iuuant nos ad portãdũ illud minus grauamur ſic: cum uidemus multitudinẽ amicorũ condolere nobis alleuiamur a dolore illo & minꝰ triſtamur. Hæc enĩ rõ licet tangatur. 9. ethic. dicitur tñ fuiſſe Platonis nec uidetur uſqꝫquaqꝫ uera. Nam cũ de dolore amicorũ ſit dolẽdũ: cũ nos dolemus & uidemus amicos dolere ut uidetur nõ debet dolor minui ſed augeri. Poſſumus ergo dicere ꝙ cũ uidemus eos dolere de dolore noſtro nõ quia ipſi dolẽt de dolore noſtro minuit̃ dolor noſter. Sed q̄a uidemus eos dolere adgeneratur nobis q̄dam firma fantaſia ꝙ ſint amici: & q̄a delectabile ẽ hẽre amicos: delectamur: & delectãdo minuit̃ dolor noſter: quia oĩs delectatio uel totaliter triſtitiã aufert: uel ſaltẽ eã minuit. ¶ Tertiũ remediũ eſt conſideratio ueritatis. Nã licet de turpibus ſit dolẽdũ de bonis tñ fortunæ: uel de aliis q̄ in nobis cõtingere poſſunt abſqꝫ eo ꝙ operemur turpia: dolere non debemus. Ad hoc aũt maximũ remediũ eſt cõſideratio ueritatis. Nã ꝑ hm̃oi conſiderationẽ cognoſcimus talia eẽ modica bona: ideo eis amiſſis nõ dolebimus niſi forte per accidens inquãtũ ꝑ admiſſionem eorũ impedimur ab opibus uirtuoſis. Patet ergo nõ eſſe dolẽdũ niſi de turpibus & nõ de opibus uirtuoſis. Si aũt ꝓpter alia dolor uel triſtitia cõtingat fuganda eſt uel ꝑ uirtutes: uel ꝑ amicos: uel per cognitionẽ ueritatis. Conſueuit etiã ad hoc dari quartũ ſubſidiũ: uidelicet remedia corporalia: ut ſomnus: balneũ: & talia quæ triſtitiam fugare ſolẽt. Cum ergo tales triſtitiæ impediant operationes uirtuoſas: tanto magis decet reges & principes tales triſtitias moderare: quanto decentius eſt eos excellere in operibus uirtuoſis.

¶ Quod harũ paſſionũ: q̄dam ſunt magis ꝑcipales: & quædã minus. Capitulũ. ix.

SICVT enumerabãtur ſupius duodecim uirtutes: quaꝝ q̄ttuor erant principales: & octauũ quaſi annexæ: ſic inter has duodecim paſſiones enumeratas: ſequendo prædeceſſoꝝ doctrinã: dicere poſſumus ꝙ ſunt quattuor principales: ut ſpes: timor: gaudiũ: & triſtitia. Has aũt eſſe magis principales: triplici uia uenari poſſumus. Primo ut cõparant̃ ad paſſiones alias. Secundo ut cõparant̃ ad ſua obiecta: uel ad materiã circa quã uerſantur. Tertio ut cõparãtur ad potentias animæ & ut ad iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ in quibus exiſtũt. ¶ Prima uia ſic patet. Nã oẽs aliæ paſſiones uidentur ordinari ad iſtas: ut paſſiones ſumptæ reſpectu boni ordinari uidet̃ ad ſpem & gaudiũ: ſumptæ aũt reſpectu mali ordinari uidentur ad timorẽ & triſtitiã. Nã paſſio ſumpta reſpectu boni primo incipit ab amore: poſtea uadit in deſideriũ & terminat̃ in ſpem: dũ bonũ illud eſt futurũ. Vltimo autẽ terminatur in gaudiũ & delectationẽ quando bonũ illud eſt ꝑſens & adeptũ. Reſpectu uero mali incipit ab odio & ꝓcedit in fugã: uel abhominationẽ & terminat̃ in timorẽ: ſi malũ illud ſit futurũ. Vltimo aũt terminatur in triſtitiã: ſi malũ illud ſit ꝑſens & iã adeptũ. Timor autẽ & triſtitia ſunt paſſiones principales: q̄a ad eas ordinantur paſſiones ſumptæ reſpectu mali: ſicut ad ſpẽ & gaudiũ ordinãtur paſſiones ſumptæ reſpectu boni. ¶ Secũda uia ad inueſtigandũ has paſſiones eſſe principales ſumi põt ex parte materiæ circa quã tales paſſiones uerſantur. Nã oĩs paſſio uel ſumitur reſpectu boni: uel reſpectu mali: Rurſus bonũ uel malũ conſiderari põt: uel ut eſt futurũ: uel ut eſt iã præſens. Secundum hoc ergo ſumi habent hæ quattuor paſſiones quia de bono futuro eſt ſpes: de præſenti eſt gaudium: de malo futuro eſt timor: de

ꝑſenti uero ē triſtitia. ¶ Tertio modo heæ paſſiones ſumi poſſunt reſpectu potentiarū animæ: ut reſpectu iraſcibilis & cōcupiſcibilis in qbus exiſtūt. Dictū eſt aūt cōcupiſcibilē tēdere in bonū & malū ſm ſe: iraſcibilē uero ut hēt rōnē ardui. Cū ergo aliquid maxie ſit bonū cū iā iam ſit adeptū: circa qđ eſt dolor & triſtitia: oportet delectationē & triſtitiā eſſe principales paſſiones reſpectu concupiſcibilis. Spes aūt & timor ſunt principales paſſiones reſpectu iraſcibilis. Nā cū iraſcibilis tendit in bonū & malū: in eo ꝙ eſt arduū qa tunc reputatur maxime bonū arduū: cū eſt futurū & timetur. Spes & timor ſunt pricipales paſſiones reſpectu iraſcibilis. Sed cū ex paſſionibus diuerſificari habeāt opa noſtra: decet nos diligēter intēdere: in qbus delectemur & triſtemur: & q̄ ſperemus & q̄ timeamus. Sed hoc tāto magis decet reges & principes: quāto eorū opera ſunt digniora: eo ꝙ reſpiciāt bonū gentis. Quomodo aūt Reges & principes debite ſe hēant circa delectationē & triſtitiā: & circa ſpē & timorē: patefactū eſt per capitula ſupra dicta.

¶ Quomodo paſſiones aliæ: ad paſſiones præhabitas reducuntur. Capitulum. x.

NVMERABANTVR ſupra: duodeci paſſiones uidelicet amor odiū: deſideriū: abhoiatio: delectatio: triſtitia: ſpes: deſperatio: timor: audacia: ira: & māſuetudo. Sed ꝑter oēs has paſſiōes phūs. 2. retho. 6. alias paſſiōes enumerare uidetur: uidelicet zelū: gratiā: nemeſin: qđ idē eſt ꝙ indignatio: de proſperitatibus maloꝝ: miſericordiā: inuidiā: & erubeſcētiā ſiue uerecundiā. Sed oēs heæ paſſiones reducuntur ad aliquas paſſiones ꝑdictarū: quia zelus & gratia: reducūtur ad amorē: uerecūdia ad timorē: inuidia: ad irā: nemenſis ſiue indignatio de proſperitatibus malorū: reducūtur ad triſtitiā: zelus reducitur ad amorē: quia zelus nihil eſt aliud q̄ quidam amor intenſus. Ea aūt quæ intenſe diligimus: uel ſunt corporalia: uel ſpiritualia: ſi ſūt corporalia quia talia cū habētur ab uno nō habētur ab alio. Ideo zelus reſpectu horū diffiniri cōſueuit: ꝙ eſt amor intenſus nō patiēs cōſortiū in amato: Inde ergo inoleuit: ꝙ aliqui dicūtur zelotipi de perſona aliqua ſi noluerit in ea habere aliquod conſortiū. Intenſus ergo amor corporaliū uidetur eſſe amor priuatus & repræhenſibilis: & nō patiens cōſortiū in amato: ſed reſpectu bonoꝝ intellectualiū & reſpectu uirtutū: ſi ſit intēſus amor eſt laudabilis & quaſi cōis. Nā nunq̄ quis uirtuoſus eēt ſi ꝓprie uirtutes diligeret: ſi nollet in eis habere cōſortiū. Huiuſmodi ergo zelus reſpectu bonorū honorabilium diffinitur a philoſopho. 2. retho. ꝙ eſt triſtitia de hmōi bonis: nō qa inſint alteri: ſed qa nō inſunt ſibi: zelus ergo reducit' ad amorē: ſic etiā gratia reducitur ad amorē: qa ex amore efficit' aliqs alteri gratioſus. Gratia enim ut de ea tractat phūs: & ut eſt paſſio: nō eſt aliud q̄ quidam motus animi p quē inclinatur aliquis ad beneficia cōferendū: zelus ergo & gratia reducunt' ad amorē: ſed uerecūdia reducit' ad timorē. Dupliciter aūt quis timere pōt: corruptiones. ſ. & honorationes: qui enī expaueſcit mala corruptiua: dicitur timidus: ſed qui expaueſcit turpia & inhonoratiua: dicit' uerecūdus. Nihil eſt aliud uerecundia q̄ timor inhonorationis uel inglorificationis: unde uerecūdia erubeſcētia noiari cōſueuit: qa uerecundātes cōiter erubeſcunt: ſicut timentes palleſcunt. Nam ex eo ꝙ aliquis credit ſe admittere uitā qđ eſt bonū interius timet: ſed ex eo ꝙ credit ſe admittere gloriā & honorē q̄ ſunt bona exteriora uerecūdatur. In timēdo ergo ſanguis recurrit ad interiora: & mēbra remanēt pallida: qa timor cōſurgit ex eo ꝙ qs ſe credit admittere interiora bona. Sed cū qs uerecūdatur ſanguis fluit ad exteriora & facies apparet rubea: currit ergo ſanguis tūc ad exteriora: qa uerecūdia cōſurgit ex eo ꝙ qs ſe credit admittere exteriora bōa. Duplex ergo eſt timor: unus admittendi uitā & bona iteriora per quæ quis palleſcit: & alius admittendi

admittẽdi gloriã & honorẽ q̃ ſunt bona ex teriora: p quæ qs erubeſcit. Timor ergo cor ruptiui & admittẽdi bona interiora: qa non hẽt ſpeciale nomẽ retinet ſibi nomẽ cõe & dicitur timor: ſed timor admittẽdi gloriã & honorẽ hẽt ſpeciale nomẽ: & dicit̃ uerecun dia: uel erubeſcẽtia: uerecũdia aũt eſt qdã ti mor & reducit̃ ad timorẽ. ❡ Viſo quõ ze lus & gratia reducũtur ad amorẽ: & quõ ue recundia reducitur ad timorẽ. Reſtat uidere quõ inuidia: miſericordia: nemeſis ſiue in dignatio reducunt̃ ad triſtitiã. Sciẽdũ ergo hæc tria eſſe ſpẽs triſtitiæ. Nã aliquis triſtari põt: uel de malo alteri⁹: uel de bono ſi triſta tur de malo: & maxime ſi credit ipm̃ idigne pati illud malũ: ſic ẽ miſericordia: nã ut dici tur .2. retho. miſericordia nihil aliud ẽ q̃ tri ſtitia q̃dã ſup apparẽti malo corruptiuo uel cõtriſtatiuo eius q indigne patit̃ malũ illud. Si uero ſit triſtitia nõ de malo alteri⁹ ſed de bono: hoc põt eẽ tripliciter: uel de bono ſm ſe: & ſic ẽ iuidia: nã iuidia: ut dicit̃ .2. retho. nihil ẽ aliud q̃ triſtitia quædã ſup appetenti actione aliquorũ bonorũ circa ſimiles: nõ ut aliqd ſibi: ſed pp illos. Inuidia. n. eſt dolor de apparẽti bono alicuius: nã qa ipẽ nõ hẽt illud bonũ. Sed qa alter cui iuidet pollet bo no illo: & potiſſime ẽ inuidia circa ſimiles: ut figuli inuidẽt figulis: & fabri fabris: & ſic de aliis. Si uero ſit triſtitia de bono alterius nõ quocũq; mõ: ſed ut indigne hẽtur ab eo: ſic ẽ nemẽſis uel idignatio. Nã ſm phũm. 2. reth. nemeſis uel idignatio ẽ triſtari de eo q indigne uidet̃ bene proſperari. Si ergo oẽs hæ paſſiones diuerſificare hẽnt oẽs opera tiões noſtras decet nos oẽs eas cognoſcere: & tanto magis hoc decet reges & principes: quãtõ hr̃e debẽt opatiões maxĩe excellẽtes.

❡ Quæ p̃dictarũ paſſionũ ſunt laudabiles & q̃ uituperabiles: & quõ reges & principes ad illas debeãt ſe habere. Capitulũ. xi.

PREDICTARVM paſſionũ q̃dã uident̃ eẽ laudabiles: ut miſericor dia: uerecũdia: nã uerecundia ſm phũm licet nõ ſit uirtus eſt tñ laudabilis paſ ſio. Sic etiã gratia & nemeſis laudabiles paſ ſiones eẽ uident̃: q̃dã aũt ſunt uituperabiles ut iuidia: & odiũ: uitupabile ẽ niſi ſit uicioꝝ. Aliæ aũt paſſiones uident̃ ſe hẽre ad utrũq; qa poſſunt eẽ laudabiles & uitupabiles. Eſt eni diligẽter aduertẽdũ q̧ ſemp in moribus laudãtur media & uituperant̃ extrema. Paſ ſiones ergo illæ q̃ uidẽtur de ſe eſſe laudabi les iportãt rõnẽ medii: & uerecũdus medius ẽ inter ſtupidũ & iuerecũdũ. Nã q deoibus uerecũdat̃ dicit̃ ſtupidus. Qui ãt de nullo uerecũdat̃ dicit̃ inuerecũdus. Nullus aũt ho rũ ẽ laudabilis. Qui uero medio mõ ſe hẽt ut q uerecundat̃ ut debet & nõ uerecũdatur ut nõ debet dicit̃ uerecũdus: & ẽ laudabilis. Sic ẽt miſericordia media eſt inter crudelita tẽ & molliciẽ. Nã q nulli cõpatit̃ ẽ crudelis q oibus cõpatit̃ ẽ mollis & muliebris: q ue ro cõpatit̃ indigne patiẽtibus tenet mediũ & laudat̃ & dicit̃ miſericors. Sic & neme ſis media ẽ inter inuidiã & placiditatẽ. Nã inuidus de oibus proſperitatibus dolet: Pla cidus aũt ut opponit̃ inuido de oibus pſpe ritatib⁹ gaudet: nemeſitus tenet mediũ: quia gaudet de proſperitatibus bonorũ: & dolet de proſperitatibus malorũ. Sic etiã gratia ut eſt qd laudabile media ẽ inter ſupfluũ & di minutũ. Nã q oibus eſt gratioſus tã dignis q̃ indignis uitupabilis ẽ. Quia aũt nullis ẽ gratioſus etiã uitupari debet. Sed q ẽ gratio ſus dignis & nõ indignis hic tenet mediũ & laudat̃. Paſſiones ergo laudabiles tenẽt me diũ: uitupabiles uero tenẽt extremũ. Nã in uidia extremũ tenet q̃ de oi proſperitate do let. Sic etiã odiũ ut ẽ uitupabile extremũ te net. Paſſiones uero q̃ ſe hñt ad utrũq; & poſ ſunt eẽ laudabiles & uitupabiles: ut ſunt uitu perabiles tenent extremũ: ut ſunt laudabiles tenẽt mediũ. Hiis uiſis uidendũ ẽ quõ reges & pricipes ad has paſſiões ſe hr̃e debeãt. Nã gratiã & miſericordiã ut ſunt paſſiões lauda biles imitari debẽt. Decet eni eos eẽ gratio ſos & miſericordes. Ipſi. n. maxĩe eſſe debẽt

debiti diſtributores malorũ & bonorũ ſiue
benefactorũ & pœnaꝝ. Beneficia aũt tũc re
cte diſtribuunt̃ qñ reges & principes: & hii
quoꝝ talia ẽ diſtribuere bonis & dignis ſunt
debite gratioſi. Mala ãt pœnæ tũc debitæ in
fligunt̃ qñ ſemp indigne patiẽtibus ad miſe
ricordiã cõmouẽtur uerecũdia aũt & neme
ſis: licet uideãtur eẽ laudabiles paſſiões: nõ
tñ ſimpliciter & p oẽm modum attribuẽdæ
ſũt regibus & pricipibus: nõ decet eñi reges
uerecũdos eẽ qa nõ decet eos talia opari ũñ
uerecundari poſſint: pp qđ dicit̃. 4. ethi. ꝙ
laudamus iuuenes uerecũdos. Senẽ aũt nul
lus utiqꝫ laudabit ſi uerecũdabilis ſit: qa non
exiſtimamus ipm oportere opari in qbus ẽ
uerecũdia. Sic ẽt ibidẽ dicit̃ ꝙ ſtudioſi nõ
eſt uerecũdari: qa uerecũdia ẽ in prauis. Eius
aũt nõ ẽ parua opari: quare ſi decet reges eẽ
ſtudioſos & eẽ ſenes moribus: nõ decet ipos
uerecũdari: niſi ex ſuppoſitiõe: nam ſi cõtin
geret eos opari turpia uerecũdari deberent.
¶ Nemeſis etiã nõ multũ uidet̃ eẽ laudabi
lis: nec multũ laudat̃ qui nimis indignat̃ de
ꝓſperitatibus malorũ. Nã mali nõ poſſunt
poſſidere maxima bona cuiuſmodi ſunt uir
tutes: ſed forte poſſidere poſſunt bona me
dia uel bõa minima: cuiuſmodi ſunt bõa ex
teriora. Talia aũt ꝗ minima ſunt in genere
bonoꝝ nõ multũ curãdũ eſt ſi poſſidentur a
malis: dũ tñ hoc accidat ſine culpa ꝓpria: nã
ſi alicuius eſſet hæc bona diſpẽſare: nõ debe
ret ea retribuere indignis ſed dignis. Reges
ergo & pricipes in tãtũ debẽt eẽ nemeſiti &
indignari debẽt de ꝓſperitatibus maloꝝ ne
indignis diſtribuãt ſua bona. Sic ergo ſe hr̃e
debẽt ad ꝑdictas paſſiões ꝗ uidẽtur eẽ lauda
biles. Inuidiã aũt ꝗ eſt uitupabilis paſſio: pœ
nitus fugere debẽt: & ẽt odiũ: niſi eſſet uicio
rũ: nã uitia ſunt odiẽda & ſunt pro uitibꝰ ex
ſtirpãda. In aliis aũt paſſiõibus ꝗ poſſunt eẽ
laudabiles & uitupabiles: debite ſe hẽbũt: ſi
fuerint ornati uirtutibus de qbus ſupra feci
mus mẽtionẽ: nã p uirtutẽ mãſuetudinis de
bitæ ſe hẽbũt circa irã & eius oppoſitũ. Nã
ille dicit̃ mãſuetus q iraſcit̃: ut debet: & quã
do debet: & qũo debet per fortitudinẽ uero
debite ſe hẽbũt circa audaciã & timorẽ. Nã
ille ẽ fortis: q audet audẽda: & timet timen
da. Per magnanimitatẽ & humilitatẽ bene
ſe hẽbũt circa ſpem & deſperatiõnẽ. Nã ma
gnanimitas reprimit deſperationẽ ne retra
hant̃ a bonis arduis pp difficultatẽ. Humi
litas uero moderabit ſpẽ: ne nimis ſe ĩgerãt
ad illa: ꝓpter bonitatẽ & delectationẽ ꝗ eſt
in eis. Per alias uero uirtutes exiſtẽtes in cõ
cupiſcibili: bene ſe hẽbunt circa cõcupiſcibi
les paſſiones: ut amẽt & deſiderẽt amãda &
deſiderãda & abhoĩent̃ abhoĩanda: delectẽ
tur & triſtẽtur: ut eſt delectãdũ & triſtãdũ &
ad hæc oĩa ſe hẽant ut reqrit ordo & regula
rõnis. Hæc ergo ad pſens de paſſiõibus ſuf
ficiant: qa ſi qd eſt hic dimiſſum: infra diffu
ſius tractabit̃. Aget̃ eñi in tertio de timore:
amore: miſericordia: & de aliis: ut rei cogno
ſcẽtia poſtulabit. Ibi oſtẽdemꝰ qũo reges &
pricipes ſe hr̃e debeãt: ut a populis timeãtur
& ament̃: & qũo debent eſſe miſericordes:
& qũo zelatiui. Nã multa ꝗ hic uniuerſali
ter ſũt tradita: hic particulariter oſtẽdẽt̃ &c.

¶ Incipit quarta pars Primi libri: de regi
mine principum.

¶ Quot ſunt mores iuuenũ laudabiles: &
qũo reges & principes ad mores illos de
beant ſe habere. Capitulum primũ

e XPEDITIS tribus parti
bus huius primi libri: qa
oſtẽſum eſt: quo reges &
pricipes ſuũ finẽ põere de
beant: & quibus uirtutibus
debeãt eſſe ornati: & quas
paſſiones debẽt ſequi. Reſtat exequi de par
te quarta: uidelicet quos mores debeãt imi
tari. Mores autẽ dupliciter diuerſificari poſ
ſunt ab ætate: & fortũa: Ab ætate qui dẽ: qa
alios mores habẽt iuuenes: alios ſenes. Ali
os illi qui ſunt in ſtatu fortunæ. Etiã mores
fortunæ diuerſificari dicunt̃: Nã bona for
tunæ cuiuſmodi ſunt bõa exteriora: ut nobi

litas: potentia: & diuitiæ: nõ modicũ more diuerſificãt. nã ut plurimũ alios mores hñt nobiles: q̃ ignobiles: & alios potentes q̃ im potentes: & alios diuites q̃ pauperes. ❡ De oĩbus ãt his moribus dicemus. Sed primo de moribus iuuenũ quorũ mores. Q uidã ſunt laudabiles, quidã uituperabiles. Inter alia quidẽ quæ tangit phũs de iuuenibus. 2. retho. tangit ſex mores laudabiles: & ſex ui tuperabiles. Primo. n. ſunt iuuenes moris laudabilis: quia ſunt liberales. Secũdo quia animoſi & bonæ ſpei. Tertio quia ſant ma gnanimi. Q uarto quia ſunt maligni mo/ ris. Q uinto quia ſunt de facili miſeratiui. Sexto & ultimo quia ſunt uerecundi erube ſcitiui. Sũt. n. iuuenes liberales. quia nõ ſũt experti indigentiæ: & bona quæ hñt nõ ac/ quiſiuerunt proprio labore. Nã quilibet cũ maiori diligentia retinet facultates ſuas: qñ propter indigentiã paſſus eſt aliqua mala, uel qñ facultates illas acquiſiuit propria in/ duſtria & proprio labore. Nã qđ cũ labore acquirit̃: diligentius retinet̃. Imo adeo qui libet delectat̃ in proprio operare: ꝙ quicqđ ſua induſtria acquirit: carius poſſidet. Secũ do iuuenes ſunt bonæ ſpei. qđ triplici rõne contingit. ut probat phũs. 2. retho. Sunt. n. iuuenes animoſi & bõæ ſpei. ❡ Pͥo: quia paucorũ experti. nõ in multis ſunt paſſi re/ pulſã. Iõ credunt oĩa obtinere. Sunt ẽt bo/ næ ſpei. quia in eis multũ abũdat calor. Cor de ãt & aliis membris inflammatis ex calo re exiſtẽte in ipſis iuuenibus: fiunt iuuenes bonæ ſpei & animoſi: ut oĩa audeant. Rur/ ſus iuuenes parũ uixerunt in præterito: & ſm curſũ naturalẽ debẽt multũ uiuere in fu turo. Cũ ergo memoria ſit reſpectu præteri torũ: & ſpes reſpectu futurorũ, iuuenes pauæ uiuunt memoria: & multũ uiuunt ſpe. Nõ in. multũ delectant̃ iuuenes, in his quæ fe/ cerunt, quia memorant̃ ſe modica feciſſe. Sed multũ delectant̃ in cogitando: quæ fa cturi ſunt. Sperant. n. ſe magna facere: qua re contingit eos animoſos eẽ & bonæ ſpei.

❡ Tertio cõtingit eos eẽ magnanimos: cu ius cã ex præcedentibus aſſignat̃. Na ex hoc eſt quis magnãimus: quia dignificat ſe ma gnis: & ingerit ſe ad faciendũ magna. Iuue nes ergo: cũ ſint liberales: & cũ ſint animo/ ſi & bonæ ſpei: nõ hñt unũ retrahant̃: quin ſint magnanimi. Poſſet ẽt ad hoc ſpecialis rõ aſſignari. Nã cũ iuuenes ſint percalidi: & calidi ſit ſuperferri. iuuenes ſemper uolunt ſuperferri, & excellere. Sic. n. uidemus in ordine uniuerſi: ꝙ ſemper calida elementa ut ignis & aer: ſuperferunt̃ frigidis, uideli/ cet terræ & aquæ. Cũ ergo inter cætera per quæ quis uidet̃ ſuperferri & excellere ſit ho nor & gloria, iuuenes quia ſunt percalidi & cupiunt excellere maxime deſiderant glo/ riã & honorẽ & per conſequens aliquo mõ ſunt magnanimi. cuius propria materia ui/ det̃ eẽ honor. ❡ Q uarto iuuenes ſunt lau dabiles: quia nõ ſũt maligni moris: quia nõ credunt alios eẽ malos. Sed ut plurimũ cre dunt oẽs hoĩes eẽ bonos. Cuius rõ eſt. quia inexperti de factis aliorũ: nõ iudicant de fa ctis hoĩum ſm ea quæ uiderunt, ſed ſm ꝙ uident in ſeipſis ſic credunt eẽ in aliis. Iõ dr̃ . 2. retho. ꝙ pueri ſua innocentia alios men ſurant. Sicut enim ipſi ſunt innocentes: ſic credunt alios innocentes eſſe. ❡ Q uinto iuuenes ſunt de facili miſeratiui, quia ut ſu pradicebatur: ex hac miſericordia maxime conſurgit. ſi credamus alios indigne pati. Q uare ſi iuuenes ſua innocentia alios mẽ ſurant & credunt alios indigne pati de fa/ cili mouentur ad miſericordiã. ❡ Sexto iu uenes ſunt erubeſcitiui & uerecundi, nam quilibet timet perder̃ quod nimis affectat. Erubeſcentia autem & uerecundia ut dice/ batur: eſt timor inglorificationis. Cum er/ go iuuenes qui percalidi nimis affectent ex cellere: timent inglorificari. quare de facili erubeſcunt. Phũs tamen ſecundo retho aliã cauſam uidetur tangere quare iuuenes ſũt naturaliter uerecundi, nam ut ipſe ait: ni/ hil nouerunt niſi quia ſunt docti a lege. Ap

pellat.n. ibi doſtrinā legū monitiones paternas uel maternas: per quas inſtruunt̄ pueri. Cū ergo matres ſemper moneant ſuos filios ad honeſta. quia honeſtū idē eſt ꝙ honoris ſtatus. Iuuenes multū affectāt ea quæ importare uident̄ honoris ſtatū. & per locū ab oppoſitis multū timent: quæ important ignominiā & inhonorationē: & quia erubeſcentia eſt timor inglorificationis: iuuenes de facili erubeſcunt. Viſo qui mores ſunt laudabiles de iuuenibus. de leui patere pōt qūo reges & principes ſe debeant hēre ad illos. Nā nō quicquid eſt laudalile ī hoc eſt laudabile ſimpliciter. Videmus.n. ꝙ eē furibundū eſt laudabile in cane. Nō tñ eſt laudabile in hoīe. Sic licet uerecundari ſit laudabile in iuuenib⁹. Quia rōne ætatis ſe continere nō pñt: quin committant aliqua turpia: de quibus decet eos uerecūdari. Reges āt & principes quos decet eē quaſi ſemideos nō ſolū ꝙ turpia committant. ſed abhoīabile eis eē debet ꝙ audiant turpia nominari. quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Nō ergo ſunt in ſtatu ꝙ debeant uerecundari. Nō ergo decet eos uerecūdari: niſi ex ſuppoſitione. quia ſi contingeret eos operari turpia: uerecundari deberēt ēt plus q̄ alii. eo ꝙ magis indecenter ſe gererent. Prima ergo quinqꝫ quæ diximus laudabilia in iuuenibus: adaptare poſſumus regibus & principibus. quia decet eos eē liberales: bonæ ſpei: nō maligni moris: magnanimos: & miſeratiuos. ¶ Sextū āt uidelicet eē uerecundos: nō decet ſimpliciter competere regibus & principibus. Decet.n. reges & principes eē liberales. quia contra naturā agerēt: ſi multitudinē diuitiarū qua pollent niſi multiplicarent in debitos & pios uſus. ut ſupra in tractatu de liberalitate ſuffi cienter tetigimus. Decet ēt eos tanto magis eē bonæ ſpei q̄ alios: quanto facta cōia circa quæ inſudare debēt: ſunt digniora q̄ alia Rurſus decet eos eē magnanimos: quia ut dicebat̄ in quodā capitulo de magnanimitate. Maxime magnanimitas competit regibus & principibus. quia eos maxīe magna decet operari & in ardua tendere. Sic ēt cōgruū eſt eos nō eē maligni moris: ut nō de quibuſlibet habeant opinionē malā. Nā ſi acta ſubditorū ſemper iterprætarent̄ in malā partē: contingeret eos eē tyrannos & eē uaſtatores gentiū. Sic ēt decet eos eē miſeratiuos. Nā ut ait phūs. 2. retho. hoīes ut plurimū mala faciunt. Ipſa ergo humana fragilitas ueniā poſtulat pro delictis. quare reges & principes: ſm̄ quorū iuditiū fit legis latio: quia infligunt̄ pœnæ: decet miſeratiuos eē. Eſſe āt uerecundos nō decet eos ſimpliciter ut ſuperius dicebat̄.

¶ Quot mores iuuenū ſūt uitupabiles: & qūo reges & pricipes ad hmōi mores debeant ſe habere. Capitulū. ii.

SICVT ſupra enumerauimus ipſorū iuuenū ſex mores laudabiles. Sic enumerare poſſumus ſex uitu perabiles. Quas ēt tangit phūs. 2. retho. Primo.n. iuuenes ſunt paſſionū inſecutiui. Secūdo ſunt de facili uertibiles. Tertio ſūt nimis creditiui. Quarto ſunt cōtumelioſi. Quinto ſunt mendaces oīa quodāmō pertinaciter aſſerentes. Sexto in actionibus nō hñt nodū. ſed oīa faciunt ualde. ¶ Sunt.n. primo iuuenes inſecutores paſſionū. & maxime inſequunt̄ concupiſcentias circa corpus. Sunt.n. incōtinentes & inſecutores uenereorū. qđ duplici de cā contingit. Nā cū iuuenes ſint percalidi & corpore calefacto fiat uenereorū appetitus. naturalis diſpoſitio corporis incitat iuuenes ad concupiſcentias uenereoꝝ. Rurſus hoc idē cōuenit. quia quaſi ī oībus actionibus nr̄is. Vel ſequimur paſſionē uel rōnē. Et quanto minus uiget rō in nobis. tanto magis paſſio uigorat̄. Iuuenes ergo qa ſunt inexpti & nō uigent intellectu & prudētia: magis regūt̄ paſſiōe q̄ rōne. q̄re ut plurimū ſūt paſſionū iſecutores. ¶ Scđo ſūt de facili uertibiles. nā aīa ſeqt̄ cōplexiōes corporis. Sicut ergo ī corporib⁹ iuuenum

iuuenū: humores ſunt in magno motu. Sic ipſi hñt uoluntates & concupiſcentias ualde uertibiles. Iō dr̃. 2. retho. Q d' iuuenes acute concupiſcunt. Sed cito ſaturant̃. uehæmenter uo'unt: ſed de facili permutant̃.

℄ Tertio ſunt nimis creditiui qd'ut ad præſens ſpectat duplici de cā contingit. Primo quia nō ſunt maligni moris. nō putant alios eē malos: ſed ſua innocentia alios menſurant. Cū ergo naturale ſit ꝙ quis de facili credat ei quē credit eē bonū: & quē nō cogitat ex malitia loqui iuuenes credendo oēs eē innocentes: oībus de facili credunt. Rurſus hoc idē contingit ex in experientia. Nā ex multis ſermonibus indocti exiſtentiū: exiſtentes ad pauca reſpicientes iudicant facile. Vñ & prouerbialiter dicit̃: qui modica nouit cito iudicat. Iuuenes ergo quia non ſunt multorum experti: ſtatim cum eis aliquod proponitur negocium nō ualentes ad multa reſpicere. eo quod ſint multorū ignari ſtatim de illo negocio iudicant & credunt ſic eſſe ut eis proponit̃. Si .n. multa cognoſcerent conditiones hoīuꝫ conſiderare ſcirent: nō ſtatim aſſentirent corde oībus his quæ eis dicunt̃. ſed diligenter inſpicerent utrū illa eſſent credenda.

℄ Q uarto ſunt contumelioſi. Nā ut ſupra dicebat̃: iuuenes maxime appetunt excellere. Q uia ergo uidet̃ eis: ꝙ excellant contumelias inferunt de facili ſunt contumelioſi. ℄ Q uinto ſunt mendaces & quodāmō oīa pertinaciter aſſerunt. Nā quia ſunt inexperti: ignorant ſeipſos. & oīa ſcire putant. Iō de oībus rñdent & uolunt uideri oīa ſcire: & oīa affirmant ut oīa ſcire uideant̃. Et quia affirmant quæ ignorant de facili mentiunt̃. Poſtquā āt mentiri fuerunt appetentes gloriā ſunt pertinaces in mendatio. Contigant .n. ſe eē inglorioſos ſi appareat nō ſic eē ut dicunt. ℄ Sexto in ſuis actionibus nō hñt modū. ſed oīa faciunt ualde. Vñ dr̃. 2. retho. ꝙ amant ualde. odiunt ualde: & oīa faciunt ualde. Hoc āt iō contingit. quia ſunt acute iræ. hñt uehæmētes concupiſcentias. Nā iræ & concupiſcentiæ: ſemper uehæmentes. niſi per rōnē moderent̃. Iuuenes mendaces ſunt: niſi per rōnē moderent̃. Iuuenes igit̃: quia magis uiuunt paſſione q̄ rōne: nō hñt concupiſcentias moderatas ſed oīa faciunt ualde. ℄ Viſo qui ſunt mores iuuenū uituperabiles. de facili uideri pōt quō reges & principes ad hmōi mores debeant ſe hr̃e. Nā ſi talia ſunt uituperabilia in iuuenibus: multo magis ſūt uituperabilia in adultis. & adhuc multo maxime uituperabilia ſunt in regibus & principibus: qui debent eē caput & regula aliorū. Indecens .n. eſt reges & principes eē paſſionū inſecutores: & uenereorū hr̃e concupiſcentias uehæmentes. quia in eis maxime dominari hēt rō & intellectus. Q ui āt ſic ſe hñt nō uiuunt rōne ſed paſſione. Rurſus deteſtabile eſt eos eē permutabiles & uertibiles. Nā cū inconueniens ſit regulā eē obliquā reges & principes qui debent eē forma uiuendi & regula aliorū: inconueniens eſt ꝙ de facili peruertant̃: ymmo decet eos eē firmos & ſtabiles. ℄ Tertio indecēs eſt eos eē nimis creditiuos. Nā cū multos habeant adulatores & plurimi ſint in eorū auribus ſuſurrantes: cū maxima diligentia. cogitare debent qui ſunt qui loquunt̃: utrū ſint ſapientes uel ignorantes. utrū uirtuoſi uel uicioſi. quia credēdū eſt magis ſapientibus & bonis q̄ inſcipientibꝰ & malis. ℄ Q uarto indecēs eſt eos eē iniuriatores & contumelioſos. Nā pœnas inferre debent nō iniuriā uel contumeliā uel nequitiā: ſed pp iuſtitiā & pp cōe bonū. ℄ Q uinto maxīe a regibus & principibus: & uniuerſaliter ab oībus dominantibus: eſt mendaciū fugiendū. ne ſe ipſos contēptibiles reddant. ſi .n. mendatiū reddit hoīes contēptibiles quanto magis indecens eſt regiā maieſtatē contēptibilē eē. tanto maiori cautela ſtudere debēt ut inhereāt ueritati. ℄ Sexto idecēs eſt eos nō hr̃e modū i actiōibus ſuis. qa cū alia ſint mode

randa per menſurā. maxime decet menſurā & regulā moderatā eē reges & principes ergo quia aliorū debent eē regula & menſura potiſſime eos decet moderatos eſſe.

¶ Quot mores ſenū ſunt uituperabiles. & quomodo reges & principes uitare debeant hos mores. Capitulum. iii.

a NVMERATIS moribus iuuenū: & oñſo qūo ad mores illos reges & principes ſe debeant hēre. Reſtat uidere qui ſunt mores ſenū & qūo reges & principes ſe debeant hēre ad mores illos. Senū āt: quidā mores ſunt laudabiles quidā uituperabiles. Phūs āt. 2. retho. Inter alios mores quos tangit de ſenibus: enumerat ſex uituperabiles mores. Primo .n. ſenes ſunt nimis increduli. Secundo ſunt ualde ſuſpitioſi. Tertio ſunt timidi & puſillanimes. Quarto ſūt illiberales. Quinto ſunt difficilis ſpei: uel ſunt malæ ſpei. Sexto nō uerecundant̄ ſed ſunt inerubeſcitiui ¶ Sunt. n. primo ſenes increduli qđ experientia contingit. Nā quia in multis experti ſunt cognoſcunt hoīes in multis mentiri nō de facili fit eis fides: ſed credunt oēs alios eē deceptores. Iō dr̄. 2. retho. Qđ ſenes multis annis uixerunt: & in pluribus decepti ſunt. ergo propter hanc experientiā contingit ipſos iucredulos. eē. ¶ Secundo ſenes ſunt ſuſpitioſi. Quæcūq; .n. uident ut plurimū ſuſpicant̄ malū & referunt ea in deteriorē partē. Vident̄ .n. ſenes econtrario diſponi in iuuenibus. Pueri .n. quia nō multa mala fecerunt & innocentes ſunt ſua innocentia alios menſurant: & oīa referunt in meliorē partē. Credunt. n. oēs bonos eē. Senes uero econtrario: quia multis annis uixerunt: & in multis peccauerunt: menſurant facta aliorū: ſm ea quæ geſſerunt in ſeipſis: propter qđ ut plurimū credunt alios eē. & in peiorē partē referunt eorū opera. Vñ dr̄. 2. retho. Qđ quia ſenes uixerunt multis annis eē nō pōt: quin in multis peccauerunt. Iō ſunt male ſuſpitioſi: & oīa in deterius exiſtimant. ¶ Tertio ſenes ſunt puſillanimes & timidi. Puſillanimes .n. ſunt quia ſunt humiliati a uita. Propter .n. multū uiuere ſunt humiliati & defecerunt. Sicut ergo deficiunt in eis humores & uita. ſic deficit in eis cor: & ſunt puſillanimes. Sunt ēt timidi. quia ut dr̄. 2. retho. Infrigidatio præparat uiā formidini. Nā ſm phūm. Quicūq; naturaliter ſic diſponit̄ prout diſponit̄ exiſtens in aliqua paſſione naturaliter paſſionat̄ paſſione illa. Cū ergo timidi efficiant̄ frigidi. Quicūq; eſt naturaliter frigidus ſequit̄ ꝙ ſit naturaliter aliter formidoloſus. Sequit̄ ergo ſenes eē naturaliter timidos: quia deficit in eis naturalis calor & hn̄t membra naturaliter frigida. ¶ Quarto ſunt illiberales: qđ tripliciter contingit. Primo ex defectu uitæ. Secundo ex experientia temporis. Tertio eo ꝙ nō uiuunt ſpe: ſed memoria. Aīa. n. ut plurimū ſequit̄ complexiones coporis. Sicut ergo ſenes in propriis corporibus deficiunt: in humoribus & in uita. Sic uidet̄ ipſis ꝙ oīa eis deficiant. Timentes ergo defectū pati ſunt illiberales: & nō audent expendere immo uidentes ſic ſe deficer̄: nō confidunt de propriis uiribus, ſed ſolū confidunt de his quæ hn̄t. Ponentes ergo in eis ſuā ſpē & cōfidentiā: nō audēt expenſas facere. ¶ Rurſus illiberales ſūt ex experientia temporis. Quia .n. multis annis uixerunt: credibile eſt eos fuiſſe paſſos indigentias multas. Timentes ergo indigentiā pati: illiberales fiunt. Cōtingit ēt eos illiberales eē: quia magis uiuunt memoria q̄ ſpe. Cogitant .n. ſe multū uixiſſe in præterito & parū uicturos in futuro. Iō quia memoria eſt præteritorū: & ſpes eſt futurorū: nō uiuunt ſpe: nec confidunt de his quæ debent acquirere in futuro. ſed uiuūt mēoria: & cōfidūt de his quæ acqſiuerūt in p̄terito quare nō cōfidētes de acqrēdis fiūt illiberales: & aqſita ñ de facili tribuūt. ¶ Quito ſūt malæ ſpei. Nihil. n. bñ ſperēt: ſʒ circa oīa deficere credūt. Cauſa autem

ãt hmõi aſſignata eſt in præcedentibus. Nã ſi ſpes eſt futurorũ: & memoria præteritorũ: & ſenes multũ uix erunt in præterito & parũ credunt ſe uiuere in futuro: ſenes in ſperando deficiunt: & modica ſe cogitantes facturos. Nõ.n.uiuunt nec delectãt in ſperando: ſed in memorando. Hmõi ãt ſignũ eſt: quia quilibet libenter tractat ea in quibus delectat. Videmus ãt q cũ ſenes adinuicẽ congregant ſemper recitant res geſtas: quas fecerunt. Nõ ãt delectant in recitando res fiendas: quas ſunt facturi. eo q uideant ſe multa feciſſe: & cogitẽt ſe pauca facturos. Sunt ergo difficilis ſpei. quia in ſperando deficiunt: & pauca ſe facere ſperant. ℭ Sexto ſenes ſunt inuerecundi & inerubeſcitiui. Nã ſenes quia illiberales ſunt magis curant de utili q̃ de honeſto. Magis.n.ſtudent ad utilitatẽ q̃ ad ea quæ requirit honoris ſtatus. ut uult phũs.2.retho. Verecundia ergo cũ ſit timor inhonorationis: nõ competit ſenibus. quia magis curant de utili q̃ de honore. Tota.n.cã quare quis eſt uerecundus. ut uult phũs eſt. quia uult hri in honore & uult reputari. Senes ãt ſicut deficiunt in uita & in humoribus & in calore naturali. ſic deficiunt in aĩo & nõ curant reputari. quar contingit eos eẽ inuerecundos. Poſſet ãt una cã aſſignari quæ quaſi cõis eſt ad oĩa tacta. Dictũ eſt.n. ſenes eẽ frigidos. Frigidus.n.oĩa conſtipat & conſtringit: & conſtringendo ea reddit ipſa grauiora & facit ea appetere inferiorẽ locũ. Videmus.n. q elementa frigida & grauia: in inferiori loco collocant. Calida uero & leuia in ſuperiori. Senes ergo quia frigidi ſunt ex frigiditate cõſtipant & retrahunt in ſeipſis: & reddunt ĩmobiles ut nihil audeãt uel credãt: nihil ſperent: & ut nõ curẽt excellere: ne curẽt reputari. qa frigidi nõ appetere locũ ſupiorẽ ſed inferiorẽ. ℭ Viſo q ſũt mores ſenũ uitupabiles. de leui pater põt: qũo reges & principes ad hmõi ſe debeant hre. Nã conſtat q licet reges & principes nõ debeant eẽ in oĩbus de facili creditiui ut pueri. Nõ tñ decet eos eẽ incredulos: ſed conſideratis conditionibus perſonarũ debent adhibere fidẽ his quæ eis dicunt ẽm dictamen & ordinẽ rõnis. ℭ Secũdo nõ decet eos eẽ ſuſpicioſos ut oĩa referant in deteriorẽ partẽ. quia ex hoc contingeret eos eẽ ſeueros & immiſeratiuos & incurrerent maliuolentiã ſubditorũ. ℭ Tertio nõ decet eos eẽ timidos & puſillanimes, immo fortes & magnanimos. quia cũ negocia reſpicientia totũ regnũ circa quæ reges & principes inſudare debent ſint magna & ardua oportet eos eẽ fortes & magnanimos. ℭ Quarto deteſtabile eſt ipſos eẽ illiberales. nã ſupra cũ de uirtutibus tractabat: ſufficienter oñſũ fuit q nõ ſolũ decet reges & principes eẽ liberales faciendo mediocres ſumptus. Sed ẽt congruit eos eẽ magnificos magnifica faciendo. ℭ Quinto oportet eos eẽ bonæ ſpei quia ſi in oĩbus ſe crederent deficere nihil attẽptarent & periclitaret regnũ. ℭ Sexto nõ decet eos eẽ inuerecũdos eo mõ quo ſenes exiſtunt: ut q nõ curẽt de honoris ſtatu. & q magis ſtudeant circa utilia q̃ opera honore digna. nõ decet tñ eos uerecundari. quia indecens eſt ipſos operari turpia: ex quibus uerecundia conſurgit.

ℭ Quod mores ſenum ſint laudabiles: & qui ſunt mores eorũ qui ſunt in ſtatu: & qualiter reges & principes ad hmõi mores debeant ſe habere. Ca.iiii.

ſub compendio & ſuccincte: quæ ſunt lauda
bilia & quæ uituperabilia in ipſis. ¶ Eſt eni
primo laudabile in eis: quia ut plurimũ con
tingit fœminas uerecũdas eſſe: ꝙ duplici de
cauſa cõtingit. Primo ex appetitu laudis. Se
cundo ex timiditate cordis. Mulieres enim
ualde ſunt appetitiuæ laudis. Nam in omni
bus qui ſunt imperfecte tales plus appetunt
laudari q̃ perfecte poſſidentes illud. Clerici
enim imperfecti & habentes imperfectam
ſcientiam plus deſiderant: ut uocentur ſcien
tes: & ut habeant nomen ꝙ ſint excellentes
clerici ꝙ uere ſciẽtes. Nam qui uere ſciunt in
ſeipſis inueniunt unde gaudeant. Ideo non
tantum curant de apparẽtia. Sed qui imper
fecte cognoſcunt: quia non uidẽt in ſeipſis
ſcientiam unde gaudere poſſint: ꝙ non ha/
bent in rei ueritate: uolunt habere in homi/
num opinione. Quod ergo dictũ eſt de ſci
entia perfecta & imperfecta: intelligẽdũ eſt
de bonitate completa & incompleta: q̃ qui
ſunt perfecte boni non ſic appetunt laudari
& reputari boni ſicut alii. Habentes eni per
fectionem bonitatis in ſeipſis inueniunt un
de gaudere poſſint: propter quod non mul
tum curant gaudere de hominum opinione
quare cum mulieres communiter non tanta
bonitate polleãt ſicut uiri. Si aliqualem bo
nitatem habeant: utputa ſi polleant aliquo
bono corporali. Nam ſi ſint pulchræ & ele/
gantes

gantes: uel ſi aliqua bona alia bonitate participent: ualde cupiunt laudari & cōmēdari in ea: q totum contingit eis ex imperfectione bonitatis. Nam bona corporis ut elegantia: pulchritudo: & cætera talia imperfecta bona ſunt. Mulieres ergo ut plurimum uel participant bona imperfecta: ut aliqua bona corporis: uel ſi participant bona perfecta ut bona mentis: participant ea imperfecto modo: propter quod cōiter omnes deficiūt a perfectione uiro℞: quare cum ad augmentum perfectionis bonitatis innuatur cupiditas laudis: & deſiderium reputationis: tanto plus appetunt laudari cōiter loquēdo mulieres q̄ uiri: quanto in bonitate cōiter ſunt imperfectiores illis: ꝓpter quod cū uerecundia ſit timor de inglorificatiōe & de amiſſione laudis: mulieres cōiter ſunt uerecūdæ: quia timent inglorificari & amittere laudē quā nimia affectione deſiderāt: ex ipſa igitur cupiditate laudis ꝓbatur mulieres uerecūdas eē. Rurſus hoc idē ꝓbari pōt ex timiditate cordis. Nam cū mulieres ſint naturaliter adeo timide q quaſi oīa expaueſcunt: ſequit̃ eas uerecundas eſſe: qa uerecūdia eſt quidā timor: ut ſuperius dicebat̃. Ex diuerſis ergo cauſis probare poſſumus mulieres uerecūdas eſſe: quicquid tamē ſit de eius cauſis: laudabile autem eſt in ipſis eſſe uerecundas: quia propter uerecundiam multa turpia dimittunt q̄ non dimitterent niſi eas uerecundiæ cathena cōſtingeret. Secundo eſt laudabile in mulieribus: quia communiter ſunt piæ & miſericordes. Pueri enim & ſenes & fœminæ: ut plurimum ſunt miſericordes: non tamen ex eadem cauſa hoc uidetur contingere: quia pueri ut ſuperius dicebatur ſunt miſeratiui quia ſua innocentia alios menſurant credunt omnes innocentes eſſe & putāt eos indigne pati: quare ſuper eis de facile miſerētur. Senes uero miſeratiui exiſtunt cum quia ipſi in corpore & in uita deficiant uolunt aliis miſereri & compati ipſis: quare cum de facili quis inclinetur ad faciendū aliis quod ab eis uult fieri ſibi: ſenes de facili ſuper aliis miſerent̃. Mulieres q miſeratiuæ ſunt ex mollicie cordis. Nam habentes cor molle non poſſunt aliquid ſuſtinere: ideo ſtatim miſerentur cū uident aliquos dura pati. Tertio conſiderādum eſt in mulieribus quia communiter nimis excedunt: unde cum ſunt piæ: ſunt ualde piæ: & cum ſunt crudeles ſunt ualde crudeles & cū ſunt inuerecundæ ſunt nimis inuerecūdæ: poſtq̄ eni mulieres audaciam capiunt tāta turpia perpetrant q uix inuenirentur uiri adeo inuerecūdi ut poſſint tanta turpia operari. Hoc autem tertium & ſi in bōis poteſt eſſe laudabile: in malis uero eſt uitupabile.

¶ Viſo quæ ſunt laudabilia in fœminis. Reſtat quæ ſunt uituperabilia in eis. Poſſumus autem narrare tria in mulieribus uituperabilia. Primo quia ut plurimū ſunt intemperatæ & paſſionum inſecutrices. Secundo quia ſunt garrulæ & litigioſæ. Tertio qa ſunt mobiles & inſtabiles. ¶ Primo autē fœminæ cum poſſunt ut plurimum ſunt itemperatæ & paſſionū inſecutrices. Nam quia in eis ratio deficit non ſic habēt ut retrahantur a cōcupiſcentiis: ſicut uir qui eſt ratione præſtantior. ¶ Secūdo ſunt garrulæ & litigioſæ qđ ex eadem cauſa contingit. Nam frenum mulierum ut plurimum non eſt ratio: quia communiter a ratione deficiūt. Sed magis ē paſſio ut uerecundia: ſi eni ſe continent ut non garriant & non litigent: magis hoc faciunt ex uerecūdia q̄ ex ratione: quare cum motæ ſunt neſciūt ſe moderare: ſed ſine freno garriunt & litigant: Videmus autem fœminas plus perſeuerare in litigando & garriendo quam uiri: eo q magis deficiant a rōne ipſis. ¶ Tertio cōtigit mulieres mobiles & inſtabiles: qđ & forte accidit ex debilitate cōplexionis. Nā cū aīa ut ſuperius dicebat̃: ut plurimū ſequat̃ cōplexiōes corporis. Sicut mulieres hn̄t corpus molle & inſtabile: ſic uolūtate & deſiderio ſunt inſtabiles & mobiles.

¶ Quo regimine oēs ciues: & maxīe reges & prīci. debeāt ſuas cōiuges regere. Ca. xix.

d ICEBATVR in pcedētibus non eodē regimine regendas eſſe cōiuges quo regendi ſunt ſerui. Aliud enī eſt regimē cōiugale: a paternali: & etiā a ſeruili. Sed qa nō ſufficit ſic tractare de regimine cōiugali dicēdo ipſum eſſe differens a paternali & ſeruili niſi i ſpeciali tractet quo regimine regēde ſunt coniuges. Ideo oportet in ſpeciali dicere aliqua de regimine cōiugū. ℂ Sciēdū ergo unā eſſe cōem regulā ad oē regimē. Nā quicūq; uult aliqd bene regere: oportet ipm ſpeciales hēre cautelas ad ea: circa q̄ uidet ipſum magis deficere. Nā ſicut eſt in locutionibus ſic ſuo mō eſt in ipſis operibus. Videm⁹ enim aliquos habere linguas diſertas aliquos uero balbutiētes eē: & qui balbutiūt nō eodē mō balbutiūt: ſed aliqui difficilius proferūt unū uerbū: aliqui uero difficilius aliud. Qui ergo balbutientes uellet in loq̄la dirigere oporteret eos īſtruere ut ſpecialē pugnā & ſpecialē conatū acciperent circa ea uerba quæ deterius proferre poſſent. Vnde & aliquos philoſophos legimus ſic feciſſe: qui cū eēnt impeditæ linguæ: accipiētes ſpecialē conatū circa illas litteras quas deterius proferebāt: facti ſunt eloquētes. Hoc ergo mō & circa opera ſe hēt: cum enī quis ſe uel aliū uidet circa aliqua deficere ſi ſe uel aliū uult recte regere ſpecialē conatū aſſumere debet circa ea in q̄bus eſſe contingit facilior caſus. Quare cū mulieres ut in p̄cedēti capitulo dicebatur: cōiter ſint intēperatæ garrulæ & īſtabiles: regēde ſunt tali regimine ut inducātur ad tēperātiā & ad taciturnitatē & ad ſtabilitatē. Partes aūt tēperātiæ ut dicebat in primo libro ſunt quattuor uidelicet: caſtitas: pudicitia: ſiue hōeſtas: abſtinētia & ſobrietas. Tūc ergo mulieres ſūt tēperatæ qn̄ ſunt caſtæ: hōeſtæ abſtinētes & ſobriæ. Decet enī cōiuges eē caſtas nō ſolū pp finē ſeruādā ſuis uiris: ſed etiā pter procreādā prolē. Nā ſi cōiūx caſtitatē nō ſeruet de facili filius nō pprius ipſi uiro ſuccedit in hereditatē patris. Decet ergo cōiuges oīum ciuiū eſſe caſtas. Et tanto magis hoc decet cōiuges regū & principū quāto ex earū illegitima prole pōt maior lis & diſcordia uel diſſenſio oriri. ℂ Secūdo decet eas eē pudicas & honeſtas. Nā nō ſufficit cōiuges eē caſtas & cauere ſibi ab opibus illicitis: ſed oportet eas eē pudicas & honeſtas ut ſibi caueant a ſignis & a uerbis q̄ uidētur in honeſtē protendere: non enī ſufficit ut alius filius nō ſuccedat in hereditatē: ſed requirit ut pater ſit certus de ſua prole. Cū ergo ſigna inhoneſta & impudica quādā ſuſpitionē adgenerēt de incōtinētia cōiugis: ut pater ſit certus de ſua p̄le: expedit coniuges pudicas eſſe. ℂ Tertio oportet eas eē abſtinētes: ut caueāt ſibi a ſuperfluitate cibi. Nā cibi ſuperfluitas ad incōtinētiā inclinat. ℂ Quarto decet eas ſobrias: ut caueāt ſibi a ſuperfluitate potus. Nā tā īmoderātia cibi q̄ potus uenerea prouocat. Vn̄ & antiquitus apud Romanas mulieres ut recitat Valerius maxim⁹. 2. libro capitulo de inſtitutis. Antiquis quodāmō nefas erat bibere uinū: un̄ ait q uini uſus olim Romanis fœminis ignotus erat: ne in aliquod dedecus plabētur: qa uſus uini cōſueuit eē pximus ad uenerē incōceſſam. Sic igit regēdæ ſunt fœiæ ut ſint caſtæ hōeſtæ abſtinētes & ſobriæ. Modus āt quo īducēde ſunt ad hæc oīa diuerſificat ſm diuerſitatē nobilitatis diuitiarū ipſorū uirorū. Nā ciues in nobilitate & diuitiis deficiētes debēt p ſeipſos ſuas inſtruere cōiuges & debitas cautelas adhibere: ut polleant bonitatibus ſupradictis. Habundātes uero nobilitate & diuitiis & ciuili potētia decet inqrere matronas bōi teſtimonii aliquas p diuturna tēpora prudētia & bonis moribus approbatas inſtruētes cōiugem & inducentes eā p monitionē debitā ad bonitates p̄habitas. ℂ Viſo coniugē ſic regendā eſſe ut ſit debitæ tpata. Reſtat oſtēdere: q̄uo regenda ſit ut debitæ ſit taciturna. Nā ut ſcribitur. 1. poli. ornamētū mulieris ē taciturnitas. Si enī mulieres debitæ ſe habeāt & cōgrue ſilētiū ſuēt: ex hoc magis ornatæ apparent & ad

rent & ad maiorē amorē uiros inducūt. Decet ergo eas eē taciturnas. Sic ēt decet eē ſtabiles. quia quanto uxor eſt magis conſtans & firma. tanto maior credulitas adgeneraṫ uiro ut ei debitā fidē ſeruet. Tali ergo regimine regende ſunt coniuges: ut polleant prædictis ſex bōitatibus. uidelicet ut ſint caſtæ: honeſtæ: abſtinentes: ſobriæ: taciturnæ & ſtabiles. Ad hæc āt uiri eas inducere poterunt uel per ſeipſos: uel per matronas boni teſtimonii. uel per cautelas alias adhibēdo. quare decet oēs ciues ſic ſuas coniuges regere. & tāto magis hoc decet reges & prīcipes. quanto ex eo⁊ indebito regimīe pōt circa regnū maius periculū imminere.

¶ Qualiter omnes ciues: & maxime reges & principes ad ſuas coniuges debeant debitæ ſe habere. Ca. xx.

n ON ſufficit ſcire qūo reges & prīcipes & uniuerſaliter oēs ciues debeāt ſuas cōiuges regere: & ad q̄s bōitates debeāt eas inducere: niſi ſciaṫ qūo circa eas debeāt ſe hr̄e. ¶ Sunt aūt tria quātū ad præſens ſpectat diligenter conſideranda: in quibus uiros circa proprias coniuges: decet debitæ ſe habere. Nā primo debēt eis moderate & diſcrete uti. Secūdo debēt eas honorifice tractare. Tertio debēt cū eis debitæ cōuerſari. ¶ Decet. n. eos ſuis cōiugib⁹ moderate & diſcrete uti. Nā īmoderat⁹ uſus uenereorū. Prīo cōiter deſtruit. Secūdo mētē deprimit. Tertio īmoderat appetitū & reddit cōiuges īntēperatas. Deſtruiṫ. n. & debilitaṫ corpus ipſius uiri ſi nimis det operā copulæ cōiugali. qa uis generatiua eſt nimis corrupta. & ut uult phūs. 3. ethi. In ſaciabilis eſt concupiſcentiæ appetitus. quare ut plurimū hō plus appetit q̄ natura requirat. Si ergo ſine freno quis ſequiṫ appetitum: & nō moderet deſideriū copulæ cōiugalis: ageret ultra q̄ natura reqrat & ultra q̄ ſufficiat ad reſtaurādū ꝗ ſine debilitatiōe ꝓprii corporis eē nō poterit. Vñ cerebꝛ & uiſus & alia mēbra nobilia debilitanṫ ex ſupflua copula. Scdo ſupflu⁹ uſus: nō ſolum corp⁹ debilitat. Sed ēt mentē reprimit. Nā corp⁹: eſt q̄ſi inſtrumētū aīæ. ſicut ergo qa martellus ē īſtrumētū fabri. debilitato martello debilitāṫ actōes fabriles. ſic debilitato cerebro & aliis mēbris nobilib⁹ īpediṫ a rōnis uſu: ut nō poſſit ſufficiēter cōſiderare. Vñ & ſupra ꝑ auctoritatē phi ꝓbabaṫ ꝙ talia ſi uehæmētia ſint rōnē ꝑcutiūt. ¶ Tertio hmōi uſ⁹ nimis maculat appetitū & reddit cōiuges intēpatas. nā q̄to plus daṫ opa uenereis actib⁹ tāto plus īcitaṫ appetitus ut ſit intēpatus & ut uenerea opetur. ut uult phūs. 7. ethi. propter qd̓ elidiṫ quorūdā brutalis cogitatio dicētiū. Satiſfaciā nūc cōcupiſcētiæ & poſtea de cetero abſtinebo. Nā quilibet uſus carnalis copulæ incitat ad ulteriorē uſum: & q̄to quis plus ea utiṫ: tāto magis incitaṫ ad utēdū & ſēp ītēpatior redditṫ. Decet ergo oēs ciues uti moderate cōiugali copula. & tanto magis hoc decet reges & prīcipes: q̄to īcedētius eſt eos ꝓpter hmōi actus hr̄e corpus debilitatū: mentē depræſſam & intemperatū appetitum. nec ſufficit eos tali copula uti tēperatæ: niſi utanṫ ea diſcrete. Nam in omnibus opibus diſcetio eſt adhibenda ut fiant tempore debito. loco cōueniēti: & mō congruo. Sunt. n. aliqua tēpora incongrua prædictis opibus. Nam tēporib⁹ quibus eſt orationibus uacandū: decet a talibus abſtinere Sic ēt temporibus quibus poſſet inſurgere nocumētū proli. decet abſtīere a tali copula eſt ergo obſeruandum tēpus debitū. Sic ēt obſeruādus eſt locus congruus: & mod⁹ cōueniēs: ut ſit īter coniuges non ſolum amicitia delectabilis ſed hōeſta. ¶ Viſo qūo decet uiros ſuis uxorib⁹ moderate uti & diſcrete. Reſtat uidere qūo eas debeāt honorifice ꝑtractare. Quelibet. n. uirū ſ̄m poſſibilē facultatē decet ſuā uxorē honorifice retīere in debito apparatu ei neceſſaria debita tribuēdo. Nā cū uxor ſit pſona ualde cōiūcta: honor q̄ uxori exhibeṫ redūdat in pſona ipſius uiri. ymo cū oñſum ſit ſupra uxorē nō ſe

hr̄e a d uirũ q̄ſi ſeruã: ſed q̄ſi ſociã decet quẽ libet ſm ſuũ ſtatũ uxorẽ ꝓpriã honorifice ꝑ tractare. ¶ Oñſo q̃uo decet uiros ſuis uxoribꝰ moderate & diſcrete uti. & q̃uo debẽt eas honorifice retiẽre. Reſtat oñdere q̄liter cũ eis debeãt cõuerſari. Tũc ãt uiri ad uxorẽ eſt cõuerſatio cõgrua: ſi ei oñdit debita amicitiæ & ſi eas ꝑ debitas mõitiões iſtruat. ¶ Declarare ãt q̄ ſũt ſigna amicitiæ debita & quæ ſũt mõitiões cõgruæ fieri nõ põt niſi iſpecta diuerſitate ſtatuũ: & cõſideratis cõditióibꝰ ꝑſonarũ. Debẽt. n. uiri diligẽter ad uertere utꝶ uxores ſint ſupbæ uel hũiles. utꝶ ſint prudẽtes aut fatuæ: nã ſic cõuerſãdo ẽ cũ uxoribꝰ ꝙ plura ſigna amicitiæ oñdẽda ſunt eis. ſi ſint hũiles q̄ ſi ſint ſupbæ. Supbæ . n. adeo fiũt elatæ: ſi eis multa amicitia oñdat᷑ ut uelint ẽt uiris ꝓpriis dñari. Rurſus ſic conuerſãdũ eſt cũ eis: ꝙ aliter inſtruẽdæ ſũt prudẽtes: aliter fatuæ. Nã prudẽtibꝰ ad correptionẽ leuia uerba & blãda ſufficiũt. Fatuis uero eſt aſperior increpatio adhibenda. Decet ergo quoſlibet uiros cõſiderato proprio ſtatu: & inſpectis cõditionibꝰ perſonarũ: ſuis uxoribꝰ oñder̄ debita amicitiæ ſigna & eas ut expedit ꝑ debitas mõitões iſtruer̄.

¶ Quomodo fœminæ coniugatæ circa ornamẽtuꝫ corporis dẽant ſe hr̄e. Ca. xxi.

d ECET reges & principes & uniuerſaliter oẽs ciues ſcire q̃uo circa ornatum corporis deceat ſuas cõiuges debite ſe habere. nam cum uir ſuã uxorem regere debeat eam dirigendo ad actiones honeſtas & ad opera uirtuoſa: expedit quoſlibet uiros in his in qbꝰ ut plurimũ delinquũt fœiæ diligenter aduertere. quæ ſunt ibi licita & quæ illicita. Cũ ergo mulieres ut plurimũ appetunt uideri pulchræ: potiſſime delinquũt circa ornatũ corporis. quare decet uiros cognoſcere quis mulierũ ornatus ſit licitꝰ & quis illicitus. Nam nunquã uxores uirtuoſæ exiſtũt: niſi appetãt illicita fugere. ¶ Quantũ autem malum incurrant ciuitates & regna ex fœis non uirtuoſis non appetentibꝰ licita ſed illicita: oſtendit phũs primo rethoricoꝶ. qui loquens lacedæmoniis ait eos eſſe infælices ſm dimidium: eo ꝙ uxoribus ſuis illicita ꝑmittebãt. Ne ergo domus principis uel cuiuſcũqꝫ ciuis ſm medium ſit infælix quantũ ad ornatum & etiã quantũ ad omnia alia circa quæ fœminæ cõſueuerũt deliquere. debẽt eas debite admonere. ¶ Sciẽdum ergo ornatum fœmineũ in duobus cõſiſtere. quorum unus poteſt dici fictitius. alius non fictitius. Fictitius autẽ ornatus dicitur fucatio. ut appoſito coloris albi uel rubei. quibꝰ per quædam figmenta oñdunt ſe fœminæ rubicũdiores uel albiores: uel alio modo pulchriores q̄ ſint. Talia autẽ quæ ſunt fictitia & ſophiſtica ſunt illicita & prohibenda. Alius autẽ eſt ornatus nõ fictitius qui conſiſtit in debitis indumẽtis. & in aliis ornamentis: quæ ſi conſiderato ꝓprio ſtatu & conditionibus perſonarum debite & ordinate fiant: ſunt licita & honeſta. Decet enim uiros ſm ſuum ſtatum ſuis uxoribus in debitis ornamẽtis & aliis ornamentis quæ ſi conſiderato proprio ſtatu & cõditionibus debite prouidere. Vnde & ualerius maxius ciues romanos cõmendat: qui ſuis uxoribus in pulchris indumentis: & in aliis ornamentis debite ꝓuidebant. Sic ergo cenſendum eſt de ornatu. ¶ Sed ut uxores ipſas magis ſpecialiter inſtruamus: qualiter circa indumẽta & circa alia corporis ornamenta debeant ſe habere. Aduertẽdum ꝙ circa ornamentum ueſtimentoꝶ contingit dupliciter peccare: Primo ex ſuperabundantia. Secundo ex defectu. ¶ Superabundãtia uero ut uidet᷑ oportet ibi triplicem uirtutem cõuertere: quam tangit ardromicus peripateticus: in libello quem fecit de uirtute huius triplex uirtus eſt: humilitas: moderãtia: & ſimplicitas. Tunc enim mulieres circa ornatum corporis ſunt humiles quando non propter uanam gloriam ſe ornant: ſed agunt: ut ſuis uiris placentes: eos a fornicatione retrahant. Tunc uero ſunt moderatæ quãdo cõ

ſiderato

ſideratō ſuō ſtatu non ſuperflua ueſtimēta quærunt. ℂ Decet.n.uxorem militis: magis eſſe ornatam ueſtibus: q̄ uxorem ciuis ſimplicis. Adhuc autē uxorem principis uel etiam regis decet magis ornatam eē. Dato igit̄ ꝙ uxor alicuius uiri eſſet humilis: non ornās ſe propter uanam gloriam: poſſet delinquere in ornatum ſi non eēt moderata ultra q̄ ſuus ſtatus requireret appeteret ornamenta. ℂ Tertio decet fœīas circa ornatū corporis eē ſimplices: ut non nimia ſolicitudine ornamenta requirant. Nam & ſi fœīa nō propter uanā gloriā ſe ornaret: nec ultra ſuū ſtatū ornamēta appeteret: poſſet delinquere ſi nimis eſſet ſolicita circa ipſa. ℂ His ergo.3.modis cōtigit delinq̄re circa ſupfluitatē ornamētorū. Sed duob⁹ modis ut cōiter pōit̄ cōtigit delinq̄re circa defectū. Primo ſi hoc fiat ex pigritia. Nā aliq̄ adeo ſūt pigræ ꝙ ex ſola negligētia obmittunt ſolicitari circa debita indumenta. ℂ Secundo in talibus delinquitur: ſi ex ipſo defectu quæratur laus & gloria. Contingit enim aliquando aliquem efferri & ſuperbiri ex ipſa miſeria quam ſuſtinet. Nam ſicut in ipſis claudis & in ipſis infirmis exiſtentibus apud ianuas eccleſiarum ut plurimū accidit: ꝙ infirmior magis gloriat̄: qa credit ꝙ in eum plures aſpiciāt & expectat ſe plures eleōſinas acceptturū. Sic aliq̄n q uilior eſt in hītu magis ſuperb⁹ efficit̄: ſi credat ex hoc ab hoīb⁹ commēdari. Deliqūt igit̄ mulieres ſi ex uilitate habit⁹ & ex defectu ueſtiū gloriā q̄rāt. unde & phūs.4.ethi. uituperet latonios qui infra ſuum ſtatū ueſtimēta quærētes ex hoc in elationem & iactātiā mouebāt̄. Hoc ergo mō regēdæ ſunt coniuges quātū ad ornatū corporis. ut circa illa ſex quæ tetigim⁹ diligēter inſtruant̄ & moueantur. Primo ergo mouēdæ ſunt ne ſint ſophiſticæ: quærētes fucū & figmētū. Secundo ut ſunt humiles: ne propter uanā gloriā nimiū ſe ornent. Tertio ut ſint moderatæ ne ultra eoꝝ ſtatū ueſtimenta requirāt. Quarto ut ſint ſimplices ne circa ornamēta nimia ſolicitudīe uexēt̄. Quīto ne ſint negligētes ne totaliter īfra eoꝝ ſtatū pp pigritiā deficiāt erga ornamētū corporis. Sexto ne uilitate hītus ſint ſup ſticioſe ut ex ipo defectu ueſtiū laudē & gloriā cupiant.

ℂ Quod non decet reges & principes & uniuerſaliter omnes ciues erga ſuas coniuges nimis eſſe zelotipes. Ca.xxii.

MULTI uirorū in hoc uidēt̄ delinquere: qa circa uxores ꝓprias ſūt nimis zelotipi. ſed qđ nimis zel⁹ non ſit laudabilis: triplici uia oſtēdere poſſumus. Nā cum quis erga ſuam coniugem eſt nimis zelotip⁹ ex nimio zelo quē erga illā gerit omnia ſuſpicant̄ in peius. Multotiens uxores bene uiuētes & debite ſe gerētes increpantur a uiris: ſi contingat eos nimis eſſe zelotipos. eo ꝙ ipſi zelotipi bene apta ſuſpicari in pei⁹. Ex ſuſpitione autem ipſi⁹ zelotipi: ſi nimis ſit ei⁹ zelus tria mala cōſurgūt ex quibus tres rationes ſumi poſſunt oſtendentes nimis zelotipos non eē laudandos. Primū eſt quia uiri in ſeipis nimia turbatione uexant̄: Secundum quia ex hoc ipæ uxores incitant̄ ad malum. Tertium uero quia ut plurimū ex tali zelo conſurgit in domo litigiū & perturbatio. ℂ Prima uia ſic patet. Nam ſi uiri in nimo zelo mouent̄ circa uxores proprias quaſi ſemper ſunt in ſuſpitiōe & per cōſequēs ſemper ſūt in anxietate cordis. quare cum ūna cura ipediat aliam. oportet ſic zelātes retrahi a debitis curis & a ciuilibus operibus. Decet ergo omnes ciues non eē nimis zelotipos de ſuis coniugibus. & tāto magis hoc decet reges & pricipes quātō maius præiudiciū poteſt inſurgere regno ſi reges ſint in anxietate cordis & retrahant̄: a debita cura regni. ℂ Secūda uia ad inueſtigandum hoc idem: ſumit̄ ex eo ꝙ uxores incitant̄ ad malum. ſi contingat ſuos uiros eē nimis zelotipos. Cōmune eſt enī ꝙ ſemper prohibitio auget cōcupiſcētiam. Nā ut dicitur.2.retho. Concupiſcētia eſt eius ꝙ abeſt. Ideo probatur ibi ꝙ ſenes magis deſide

rant uiuere ultima die q̃ præcedentibus die bus: eo ꝙ tunc magis deficit eis uita. Semp ergo magis cõcupiſcit̃ quod abeſt: & quod uidemus nobis deficere. Sed ſi res eſt nobis prohibita eo ipo ꝙ prohibetur uidetur abeſ ſe & deficere. ex hoc ipo magis deſiderat̃: & concupiſcitur. Sequit̃ ergo uxores zeloti pum magis incitari ad malũ. Quia agetur in eis cõcupiſcẽtia ex inordinato zelo uiro rum: & ex ipſorum inordinata prohibitõe.

¶ Tertia uia ad inueſtigandum hoc idẽ ſu mitur ex lite & iurgio: quod in domo cõſur git. Nam cum uidet̃ uxoribus ꝙ ſine cauſa calumnientur: & ꝙ earum uiri ſine culpa ſu ſpicentur de ipſ mala: quæ faciunt uiri zelo tipi: non poſſunt patiẽter ſufferre. Propter quod in domo illa ut plurimũ oriunt̃ lites & iurgia. Nõ ergo decet uiros de ſuis coniu gibus eẽ nimis zelotipos. Nec etiam decet eos circa ſuas coniuges nullam habeꝛ̃ custo diam & nullũ hẽre zelum. ſed conſideratis cõditionib⁹ pſonarũ: & inſpectis cõſuetudi nib⁹ patriæ qlibet circa ꝓpriã cõiugẽ debet debitã curã & debitã diligentiã adhibere. Sicẽt decet uirũ quẽlibet erga ſuã cõiugẽ or natũ hẽre zelum. ut ſit inter eos amicitia na turalis: delectabilis: & honeſta.

¶ Quale ſit cõſiliũ mulierũ: & ꝙ earũ cõſi lio nõ ẽ utẽdũ ſimplr: ſed i caſu. Ca.xxiii.

C ONSILIVM mulieꝝ. ut dr̃. i. po li. eſt in ualidũ. nã ſicut puer habet cõſiliũ impfectũ: qa deficit a pfe ctiõe uiri. Sic. n. fœia hẽt inualidũ conſiliũ: qa hẽt cõplexiorẽ iualidã: & deficit a ualitu dine uiri. Qd̾ ãt fœiæ nõ ſũt robuſtæ cor pore: nõ eſt ex bõitate cõplexiõis: ſed ex ma litia. Mollicies. n. carnis in ipſ magis arguit abũdãtiã flegmatis q̃ bõitatẽ cõplexiõis. qa ergo ſic eſt: oportet fœias deficere a rõne & hr̃e cõſiliũ iualidũ. Nã q̃tũ corp⁹ eſt melius cõplexiõatũ: tãto eſt magis ꝓportiõatũ aĩæ: propter qd̾ magis obſeqt̃ ei: & aĩa exiſtẽs in tali corpore liberius utit̃ opibus ꝓpriis: & expeditius hẽt rõnis uſum. Primũ igitur qd̾ eſt attẽdẽdũ in conſilio mulieꝝ eſt: qa ĩ ualidũ. Scdm uero qd̾ eſt attẽdẽdũ: eſt qa ẽ uelox & citũ. Nã ut uult phũs in de aĩalibus oĩa minora & debiliora citi⁹ ueniunt ad ſuũ cõplemẽtũ. Conſiliũ ergo mulieris qa ẽ de bilius & iualidius q̃ conſiliũ uirile. citius ue nit ad ſuũ cõplemẽtũ. Cæteris ergo paribus ſi quis ſtatim opari deberet nec poſſet ad il lud negocium ſufficiẽtẽ deliberationem ha bere: elegibilius eẽt conſiliũ muliebre q̃ uiri le. Natura enim cum moueatur ab intelligẽ tiis & a deo: i quo eſt ſupma prudẽtia. opor tet ꝙ agat ordinate & prudẽter. Prudentis eſt enim cito ſe expedire: & modicũ temp⁹ apponere in rebus uilioribus: de quibus eſt minus curandum. Vñ & ꝓuerbialiter dicit̃ ꝙ mala herba cito creſcit. quia natura de ea modicũ curãs cito perducit ipſam ad ſuũ au gmẽtum. Sic & mulier quantum ad corpus citius habet eſſe perfectum q̃ uir. quare cum anima ſequat̃ complexionem corporis. ſicut ipm corpus muliebre eo ꝙ ſit uilius & natu ra minus de ipo curet: citius uenit ad ſuum complemẽtum q̃ uirile. Sic conſilium mu liebre citius eſt in perfectione & cõplemẽto q̃ uirile. Simpliciter ergo meli⁹ eſt conſiliũ uirorũ q̃ mulierum. eo ꝙ uir ſit ratione præ ſtãtior & mulier habeat conſilium iualidũ. In caſu tamen põt eſſe muliebre conſiliũ me li⁹ q̃ uirile: ut quia illud eſt citius in ſuo cõ plemento: ſi oporteret repentino opari for te elegibilius eſſet huiuſmodi conſilium.

¶ Quomodo decet reges & principes & uniuerſaliter omnes ciues ſuis coniugibus propriis ſua aperiꝛ̃ conſilia. Ca.xxiiii.

T RIPLICI uia iueſtigare poſſum⁹ ꝙ mulieres cõiter & ut plurimũ ſe creta retinere non pñt. Pria uia ſũ mit̃ ex defectu rõnis. Scda ex mollicie cor dis. Tertia ex appetitu laudis. ¶ Pria uia ſic patet: ut in pcedẽtib⁹ dicebat̃: eo ipo ꝙ ali qd ẽ ꝓhibitũ auget̃ cõcupiſcẽtia nr̃a ut ope mur illud. qre cũ põere aliqd i pcepto ſit ꝓ hibere ne dicat̃ illud. ex ipa ꝓhibitiõe icitat̃ concupiſcentia

cõcupiſcētia magis ad dominādū ſecreta q̃ alia. Nõ ergo a rõne hmõi cõcupiſcētia refrenet̃: nõ cõgrue pñt retiere ſecreta. Mulieres igit̃ eo ꝙ ab uſu rõnis deficiũt: nõ pñt ſic refrenare cõcupiſcētias: ſũt magis ꝓpalatiuæ ſecretoꝝ: q̃ ſint uiri. Nã ſi ꝓhibitio auget cõcupiſcētiã: tãto ſũt ꝓniores mulieres ad faciēdũ ꝓhibita q̃ maſculi. q̃to ab uſu rõnis deficiētes min⁹ pñt refrenare icitamēta cõcupiſcentiarum q̃ uiri. ℭ Secunda uia ad inueſtigādũ hoc idē ſumit̃ ex mollicie cordis. Nã quia mulieres ut plurimum ſunt molles & ductibiles: ſtatim cũ aliqua pſona eis applaudet: & ridet i facie earũ credũt ipam eē amicã & reuelãt ei oĩa ſecreta cordis. ℭ Tertia ad hoc ꝓbãdo ſumit̃ ex appetitu laudis. Dicebat̃. n. in ꝑcedentibus: ꝙ mulieres nimis appetũt laudē & gloriã. Iñ ē igit̃ ꝙ cõiter ut plurimũ mulieres aliis mulieribus: q̃s credũt amicas eē reuelãt ſecreta uirorũ. Credunt. n. ex hoc eſſe in quadã excellentia: & laudari apud eas: ſi ſciant referre uirorum ſecreta. Nã q̃a uidenť a ſuis uiris diligi: ſi ſciant ſecreta ipſorum conglorianť: ſi poſſint ſe laudari ꝙ a ſuis maritis diligantur: appetentes quandam inanem gloriam & quãdã laudem: de facili reuelant ſecreta uirorum. ℭ Ex hoc autē de facili apparet qualiter uiri ſuis coniugibus debeant reuelare ſecreta: Nam cum dicimus hos eſſe mores iuuenũ: hos mulierũ: hos ſenum. Nõ eſt intelligendum talia neceſſitatē imponere: ſed ſolummodo ut in pluribus: & ſecundum quandã pronitatem & inclinatiõem. Poſſunt tamē tã fœminæ q̃ uiri per ratiõis uſum ſi uelint eē conſtantes & uincere huiuſmodi impet⁹ & inclinatiões. Nam licet ſit difficile ſuperare incitamēta cõcupiſcentiarũ: & ſit hoc magis difficile in fœminis q̃ in uiris: eo ꝙ magis deficiant a rõnis uſu. Non tamen eſt impoſſibile. Poſſunt. n. tam uiri q̃ mulieres: huiuſmodi impetus uincere. Quare licet cõiter mulieres ſint propalatiuæ ſecretorũ: nõ eſt tamen inconueniēs aliquas mulieres eē debita ſecreta tenentes. Viri igit̃ nõ debent ſuis coniugibus ſecreta aperire: niſi per diuturna tempora ſint experti eas eē diſcretas prudentes & ſtabiles: & non eē ſecretorum propalatiuas. ℭ His uiſis cum oſtenſum ſit quomodo cõmunitas uiri & uxoris ſit naturalis, & quomodo ſe habeant ad alias cõmunitates domus. Cũ etiam declaratũ ſit quomodo reges & pricipes: & uniuerſaliter omnes ciues ſe habere debeãt ad ſuas coniuges & quomodo cum eis debeãt conuerſari. Imponatur finis primæ parti huius ſecundi libri: in qua agitur de regimine coniugali.

ℭ Videt̃ tamē forte alicui non ſufficiēter eſſe traditam notitiam regiminis nuptialis: eo ꝙ non oſtenſum ſit ad quæ opera ſint cõiuges ordinandæ. Si enim indecēs eſt eas eē ociosas ut ſuperius dicebatur. deſcribenda ſunt opa: quæ decet ipſas coniuges exercer̃. ſed quia de eis infra dicetur uolumus ea hic ſilentio præterire.

ℭ Incipit ſecunda pars ſecundi libri de regimine principũ. In qua tractat̃ qũo parentes circa ꝓprios filios curã de eis hẽant.

ℭ Q᷑ decet oẽs parētes circa ꝓprios filios eē ſolicitos. Capitulũ primum.

[E]XPEDITA pria parte huius libri ſecundi. In qua determinatũ eſt de regimie nuptiali. Reſtat exequi de ſecũda in qua aget̃ de regimine paternali. Non. n. ſufficit patrẽfamilias ſcire coniugē regere: niſi nouerit filios debite gubernare. ℭ Secundum igitur ꝙ cum cõitas uiri & uxoris: & domini & ſerui pertineãt ad domum primam. Cõitas uero patris & filii pertieat ad domum iam ineſſe perfectam: quia domus prima præcedit domum iam ineſſe perfectam. Ideo forte uidet̃ alicui ſtatim poſt determinationē de regimine nuptiali: determinandũ eſſe de regimine ſeruorum. Verũ quia dicit̃ prio politicoꝝ. Iconomiæ amplior eſt ſolicitudo circa homies: q̃ circa paſ

ſionē inanimatorū & circa liberos : q̄ circa ſeruos. Iō decreuimus prius determinare de regimine filiali: q̄ de regimine ſeruili, tanquā de eo circa qd' eē debet amplior cura. In determinando quidē de regimine filiorū: primo oñdere uolumus ꝙ decet oēs patres circa proprios filios eē ſolicitos. Nā cognita ſolicitudo quæ eſt circa filios hñda magis incitabunt parentes ut ſuos filios bñ regāt. Poſſum⁹ āt triplici uia uenari ꝙ decet hmōi ſolicitudinē hēre parentes. Prima uia ſumit ex eo ꝙ pr̄es ſunt cā filiorū: & filii hñt ab eis eē. Scda ex eo: ꝙ ſunt ſuperiores: & præſtātiores illis. Tertia uero ex eo ꝙ inter eos debet eē amicitia naturalis. ℭ Pria uia ſic patet. Nā ſicut in naturalibus rebus aſpicimus ꝙ nunq̄ natura dat eſſe alicui niſi ſit ſolicita circa ea per quæ illud ualet conſeruari in eē ut ſi natura dat eē igni: ſtati eſt ſolicita dare ei leuitatē quandā: per quā ferat ſurſū eo ꝙ in loco ſuperiori magis hēt in eē conſeruari q̄ in inferiori. Sic ēt ſi natura dat aīalibus eē quia aīal ſine cibo conſeruari nō pōt: natura eſt ſolicita dare aīalibus ora & alia organa: per quæ pñt ſumere cibū & nutrimētū. quare ſi patres ſunt cā filiorū: & filii naturaliter a patribus eē hñt, decet patres hēre curā filiorū & ſolicitari erga eos ut inueniant eis illa per quæ pñt bñ uiuere: & per quæ ualeāt conſeruari in eē. ℭ Scda uia ad inueſtigandū hoc idē ſumit ex eo ꝙ patres ſunt præſtantiores filiis & debent præeſſe eis. natura licet. n. ſemper ſuperiora inferiora inſtruunt & ea regulant & conſeruant. Videm⁹ ſuper cæleſtia corpora influere in hæc inferiora & ea regere & conſeruare. quare ſi naturale eſt ut ſuperiora & præeminentia in inferiora influant: & ea regulent & conſeruent. Decet quēlibet dominantē & præeminentē ſolicitari qūo per debita conſilia influat & ſubueniat ſuis ſubiectis: & qūo eos regulet & cōſeruet. Vñ & ipſe deus qui ſingulis reb⁹ præeſt: hēt ſolicitudinē & prouidentiā toti⁹ uniuerſi. Patres ergo eo ipſo ꝙ naturaliter præſunt filiis: debent circa eorū regimē eē ſoliciti. ℭ Tertia uia ſumit ex parte amicitiæ naturalis quæ eſt inter parentes & filios. De ratione. n. amoris eſt: ut ſollicitet amantē circa rē amatā: quilibet ſollicitat circa dilectū. quare cū inter patrē & filiū ſit amor naturalis, ut probatur. 8. ethi. decet patres ex ipſo amore naturali quem habent ad filios: ſollicitari circa eos.

ℭ Q d' maxime decet reges & principes ſollicitari circa regimen filiorum. Ca. ii.

LICET oēs patres deceat ſolicitari circa proprios filios: ut patet per rōnes ſupius aſſignatas: Maxie tñ decet reges & prin. talē ſolicitudinē gerere. Quod triplici uia uenari poſſumus. Prima uia ſumit ex eorū intelligentia. Scda ex bonitate filiorꝫ. Tertia uero ex utilitate regni. ℭ Prima uia ſic patet. Nā ſm phūm in de aīalibus ꝙ eſt aīalibus intelligentius magis hēt ſolicitudinē circa filios. naturale eſt. n. quēlibet diligere ſua opera, ut uult phūs in ethi. Vñ & pr̄es naturaliter diligunt filios: & poetæ ſua poemata tanquā propriū op⁹ qñ ergo aliquis eſt intellectior & magis cognoſcit propriū opus: tanto maiori ſolicitudine & dilectione mouet circa illud. Patres ergo tanto magis debent ſolicitari circa filios: quanto prudentiores ſunt: & quanto maiori intelligentia uigent. Sed cū habitū ſit ꝙ reges & principes: & uniuerſaliter oēs dominantes: ſi debeant naturaliter dominari: oportet ꝙ polleāt prudentia & intellectu tanto decet reges & principes magis ſolicitari circa ꝓprios filios q̄ cæteri, quanto in eis magis uigere debet mentis induſtria & prudentia regitiua. ℭ Scda uia ad inueſtigandū hoc idē ſumit ex bonitate filiorū. Decet. n. filios regū & principū maiori bonitate pollere q̄ alios: quia ſm phūm in poli. ſecundū ꝙ aliqui ſunt in maiori ſtatu & in altiori dignitate. ſic debent meliores eē: & eē magis perfecti ſcientia & uirtutib⁹. Cōgruū enim eſt qui alios regere cupit: ut ſit adeo pruden

prudēs & bonus:ut cæteri ex ipſo poſſint ſumere uiuēdi exemplū. ¶ Filii ergo regū licet nō ſint reges:tamē quia ſinguli conſtituūtur in aliquo principatu & in aliquo dominio:in quo oportet eos alios gubernare:maxime decet eos eſſe prudētes & bonos & cū filii perueniāt ad maiorē bonitatē & prudētiā:ſi patres circa eos ſint ſoliciti:q̄ ſi circa ipſos ſe habeāt negligēter tāto decet reges & prīcipes magis ſolicitari circa ꝓprios filios: quāto filii eorū pollere debēt maiori prudētia & ampliori bōitate. ¶ Tertia uia ad hoc oſtēdendū ſumit̄ ex utilitate regni. Bonitas enī regni depēdet ex bonitate eorū qui ſunt in regno:& maxime dependet ex bonitate principantiū in ipſo. Nā ſicut ſanitas corporis naturalis:dependet ex ſanitate oīum mēbrorū:& maxime ex ſanitate cordis & mēbrorū principalium:eo ꝙ cor & principalia membra habēt influere in alia & rectificare ipſa. Sic bonitas regni dependet ex bonitate oīum ciuiū:maxime tamē depēdet ex hiis qui principātur:& domināt in regno:utile eſt ergo toti regno hēre bonos ciues:ſed utilius eſt hēre bonos principātes:eo ꝙ pricipātis ſit alios regere & gubernare:tanto ergo magis decet Reges & principes ſolicitari circa ꝓprios filios:ut polleant prudentia & bonitate:quanto maior utilitas conſurgit ipſi regno ex bonitate filiorum regum:qui debent habere principatū & dominium in regno q̄ ex bonitate & prudentia aliorum.

¶ Q d' regimē paternale ſumit originē ex amore:& ꝙ non eodē regimine regēdi ſunt filii quo regēdi ſunt ſerui. Capitulū.iii.

q VIA poſt tractatum de regimine cōiugis:determinādū ē de regimine paternali. Videndū eſt unde ſumit originē regimē paternū & quo regimine regēdi ſunt filii. ¶ Sciendū ergo triplex eſſe regimē. Nā oīs regēs alios uel regit eos: ſm certas leges:& ſm certa pacta: & tale regimē ut ſupius dicebat̄ noiatur politicū uel ciuile. Vel regit eos ſm arbitriū: & hoc pōt eſſe dupliciter: qa ſic uel regēs intēdit bonū ꝓpriū:& ſic dicit̄ regimē deſpoticū uel ſeruile:uel intēdit bonū ſubditorū: & tale regimē dicit̄ regale. ¶ Hiis aūt tribus regiminibus ſm qd' uidemus aliquos regnare in ciuitatibus & caſtris:aſſimilant̄ tria regimia reperta in una domo. Nā regimē cōiugale aſſimilat̄ regimini poli. qa uxori ut in ꝑhabitis tāgebat̄:nō qs debet ꝑeſſe ſimpliciter ex arbitrio:ſed ei ꝑeſſe debet ut requirūt leges matrimonii:& ut potius ꝑ pacta debita & honeſta q̄ interueniunt inter uirū & uxorē: Regimē uero paternale aſſimilat̄ regimini regali. Nā filiis ꝑeſt pater ex arbitrio:non ſm cōuētiōes & pacta. nā pacta & cōuētiones: nō interueniunt inter ſubditū & ꝑeminentē niſi in poteſtate ſubiecti eligere ſibi rectorem nō ē aūt i poteſtate filiorū eligere ſibi patrē ſi ex naturali origine filii procederēt a parētibus. non enim ſic filii eligunt ſibi patres ut uxores uiros: quare cū regimen filiorū ſit ex arbitrio:& ſit propter bonum ipſorū filiorū huiuſmodi regimē nō aſſimilatur regimini politi. ſed regali. Vnde & philoſophus primo politi. ait uirū ꝑeſſe mulieri:& tanquam natis liberis:non tamen eodē modo principandi: ſed mulieri quidem politice: natis autem regaliter. Tertiū aūt regimen quod eſt in domo ut regimē quo regitur familia cæteta:aſſimilat̄ regimini dominatiuo. ¶ Hiis aūt ſic oſtenſis manifeſta apparēt uere eſſe quæ in principio capituli proponebātur. nā ſi pater debet ꝑeſſe filiis regaliter & ꝓpter bonum ipſorum: cum amare aliquod idem ſit ꝙ uelle ei bonum: pater debet ꝑeſſe filiis ꝓpter profectus ipſorum: & quia uult eorū bonum:cum ergo ꝙ regimen ſumit originē ex amore. ¶ Ex hoc ergo maxime oſtenditur ꝙ non eodem regimine debēt regi filii quo regendi ſunt ſerui. nam dominus ꝑeſt ſeruis propter bonum propriū: nō propter bonum ſeruoꝝ: hoc eſt ſecūdū philoſophū ꝑeſſe aliquibus ſeruiliter: non intendere bonum ipſorum: ſed proprium: Pater tamē de

bet pesse filiis propter bonū ipſorū filiorū. Ex ipſa eni distinctione regiminis: patet paternale regimē nō esse idem q̄ ſeruile: ſed ſumit originē ex amore: tamē ut manifeſtius appareat quod dicitur: poſſumus duplici uia uenare paternale regimē trahere originē ex amore. Prima uia ſumitur ex ordine naturali. Secūda ex ipſa perfectione patris. ℂ Prima uia ſic patet. Nā ſm philoſophū. Adeo natura dedit uim generatiuā rebus: ut q̄ nō poſſunt perpetuari in ſeipſis: perpetuant̄ in ſuo ſimili: quare ſi regimē paternū ex hoc ſumit originē: quia filius naturaliter eſt q̄dam ſimilitudo procedens a patre: cum ſecundū naturā ad huiuſmodi ſimilia ſit dilectio: ex ip̄o ordine naturali arguere poſſumus paternum regimē in amore fundari: & ex amore oriri. Sicut eni eſt in hoībus naturalis enim impetus ad producēdū ſibi ſimile: & ad filios quoſdā procreandū. Sic eſt in eis naturalis impetus ad eos diligendum: & per conſequens ad eos gubernandū & regendū: & ad habēdū ſolicitudinē circa ipſos. Eſt ergo hic naturalis ordo q̄ regnū & ſolicitudo paterna ſumit originē ex amore. ℂ Secunda uia ad inueſtigandū hoc idē ſumitur ex ipſa perfectione patris. Nā unūquodq̄ perfectū eſt ſecūdū phūm: qn̄ pōt ſibi ſimile generare: quare cū quilibet ſuā perfectionē diligat naturaliter pater diligit filiū: cū proprie filius ſit quidā teſtis perfectionis eius. Quia ergo pater naturalē amorē hēt ad filiū ex hmōi amore ſollicitat̄ ut ipſum regat & gubernet q̄ nō eēt: niſi paternū regimē ex amore naſceretur. ℂ Viſo q̄ paternū regimē ex amore naſcit̄: patet q̄ filiis debet pesse pater: ꝑpter bonū filiorū: non ergo regēdi ſunt filii eodē regimine quo ſerui. quia ſeruis ſecūdū q̄ hmōi quis pest ꝑpter bonū ꝓpriū. Si ergo cōtingat aliquē uti filiis tanq̄ ſeruis: hoc eſt ex imperfectione dom⁹: ut quia forte ſic pauper eſt q̄ ſeruoꝝ copiā habere non pōt. Vnde & phūs. 6. poli. ait q̄ egenis neceſſe ē uti mulieribus & filiis tanq̄ ſeruis.

ℂ Q̄d amor qui debet eē inter patrē & filiū ſufficiēter inducat patres debere filios regere & filios debere patrib⁹ obedire. ca. iiii.

DICEBATVR in p̄cedenti capitulo paternale regimē ſumere originē ex amore. Vidēdū eſt igit̄ quātus ſit amor patrū ad filios: & filioꝝ ad patres: ut nobis innoteſcat qūo patres debeant regere filios: & filii patrib⁹ obedire. ℂ Sciēdū ergo p phūm. 8. ethi. triplici rōne ꝓbare parētes plus diligere filios q̄ ecōtra. Prima uia ſumit̄ ex diuturnitate tēporis. Secūda ex certitudine prolis. Tertia ex unione parētū ad filios. ℂ Prima uia ſic patet. Nā quanto amor magis durat tāto uehæmētior efficit̄: amor aūt parētū ad filios diuturnior eſt: q̄ filioꝝ ad parētes. Nā ſtatim cū filii naſcuntur parētes diligūt eos: nō tn̄ filii ſtatim incipiunt amare parentes. quia ſtatim nō ſunt tātæ cognitiōis ut poſſint diſcernere quod ſit diligēdū. ymo qa pueri inornati neſciunt diſcernere parētes ab aliis: nō ſtatim p amorē efficiunt̄ ad illos: ſed p ꝓceſſum tēporis: qn̄ poſſunt diſcernere parētes ab aliis: incipiūt eos diligere. Diuturnior eſt ergo amor parētū ad filios: q̄ econuerſo: quare fortior & uehæmētior. ℂ Secūda uia ad inueſtigādū hoc idē ſumit̄ ex certitudine prolis. Nā parētes magis ſunt certi de ſua ꝓle: q̄ ꝓles de ſuis parētibus. Proles eni certificari nō pōt qui fuerint parētes eius: niſi ex q̄buſdā ſignis uel auditu: ut qa puer uidet pſonas aliq̄s magis affici ad eū q̄ alias: arguit illas parētes ei⁹: uel qa hoc audit ab aliis: ideo ſic eē putat. In principio tn̄ natiuitatis eius nō eſt illius cognitiōis ut poſſit cognoſcere a qua matre ꝓcedit: uel a quo patre: parētes tn̄ ſtatim cognitionē habēt de ipſa ꝓle. Ideo magis poſſunt certificari de ea: q̄ ecōuerſo: ꝓpter q̄d & uehæmētius diligūt ipſam q̄ ecōuerſo. Nā ſi iter parētes & filios eſt amor naturalis: tanto hmōi amor ē ualidior: quāto apud parētes eſt maior certitudo de ꝓle. Ex hac aūt rōne oſtendi pōt: q̄ & matres plus diligunt filios q̄ patres: quia

tres: quia de illis certiores exiſtūt. ¶ Tertia uia probās hoc idē ſumit̄ ex unione parētū ad filios. Nam filii ſunt magis propinqui & magis uniti parētibus q̄ econuerſo: quare cū amor quādā unionē importet: filii tanq̄ magis uniti & magis ꝓpinqui parētibus magis diligūtur ab ipſis q̄ ecōuerſo: Sic eni ymaginat̄ phūs: ꝙ filii ſunt quaſi quædā pars parētū. Nā filii eſt quædā pars a parētibus abſciſa. Pars aūt magis unit̄ toti: qa apprehēdit̄ ab ipſo: q̄ totū uniat̄ parti ꝙ ab ea cōpræhēdi nō pōt: in toto eni eſt aſſignare aliqd: qđ multū diſtat a parte: ſed nihil ē in parte: qđ multū diſtet a toto: quare ſi pars mouet̄ ad amorē totius: non adeo feruenter diligeret ipm qa uideret in ipſo toto aliqua: q̄ multū diſtarent ab ipſa: ſi totū moueret̄ ad amorē partis uehæmentius amaret eā: qa nihil aſpiceret in parte qđ nō eēt in toto. Filius ergo qui eſt q̄dā gleba a parētibus deſcēdens: & qa eſt q̄dā pars ipſorū nihil eſt in filio: qđ nō ſit aliquo mō ꝓpinquū parētibus: & qđ ſm aliquē modū nō ptineat ad illos. Filii tn̄ nō ſic uehæmēter mouētur ad dilectionē parentū: qa ꝙ eſt parētū nō ſic ptinet ad filios: & p cōſequēs nō eſt ſic unitū eis: ſed qđ eſt filioꝝ ptinet ad parētes. Ex hiis aūt uiis philoſophi: ut uidet̄ ſufficiēter arguere poſſumus: ꝙ ad parentes ſpectat ſolicitari circa regimē filioꝝ quia quilibet ſolicitus eē debet circa ea q̄ uehæmēti amore diligit. Ad filios ptinet obedire parētibꝰ: qa quilibet illis obedire debet quos ſcit eū uehæmenter diligere & nō intēdere niſi ipſius bonū. Sic ergo ex uiis philoſophi ꝓbare poſſumus q̄ in principio capituli dicebātur tn̄ ut magis ſpecialiter appareat intētū. ¶ Sciendū ꝙ licet parētes magis afficiāt̄ circa filios q̄ ecōuerſo: nō tn̄ eſt tā incōueniēs quātū ad aliquod bonū filios magis diligere quā ecōuerſo. Nā ut dicitur. 7. ethi. Parētes diligūt filios ut exiſtentes aliqd ipſoꝝ. Filii aūt diligūt parētes qa ſunt ab illis: amor ergo parētū circa filios ꝓcedit a cā ad effectū: & a ſupiori ad inferius: Sed amor filioꝝ ad eos ꝓcedit ab effectu ad cauſam: & ab inferiori ad ſupius. Naturale eē aūt ꝙ ſupiora influūt in inferiora: & cōſeruant ea. nō aūt ecōuerſo. Ideo parētes naturaliter afficiunt̄ ad filios ut influāt in eos: & ut cōgregēt eis bona: ut poſſeſſiones & nūmiſmata: p quæ ſufficiāt ſibi ad uitā & cōſeruētur in eſſe. Parētes ergo cōgregāt pro filiis non aūt ecōuerſo. ymo filii cū poſſunt fruunt̄ & rapiūt bona parētū. Inferiora uero reuerent̄ & ſūt ſubiecta ſupioribus nō ecōuerſo. Ideo filii naturaliter magis honorāt & reuerētur parētes q̄ ecōuerſo. Sic ergo q̄rat̄ utrū parētes magis diligāt quā ecōuerſo: cum diligere aliquē idē ſit ꝙ uelle ei bonū. Diſtinguēdū eſt de ipſo bono. Nā ſi loqueris de bono utili ut de nūmiſmate & de aliis q̄ ordinant̄ ad ſufficiētiā uitæ. Sic parētes magis diligūt filios q̄ ecōuerſo: qa cōgregāt pro eis nō ipſi pro illis. Sed ſi loquaris de bono qđ eſt honor & reuerētia: ſic filii magis diligūt parentes q̄ ecōuerſo. Nā potius parētes ſuſtinēt uituperia & cōtumelias filioꝝ q̄ ecōuerſo. Naturale eſt eni ꝙ etiā uſq; ad auditū contumelias parētū ſuſtinere non poſſunt. Nā minꝰ indignantur parētes de contumelia filioꝝ q̄ econuerſo. ¶ Viſo qualis eſt amor inter patrē & filiū qa parētes afficiunt̄ ad filios ut congregāt eis bona: & cōgregare aliis bona & ſolicitari circa eoꝝ uitā ſit eos regere & gubernare: ex amore quē hn̄t patres ad filios: debent eos regere & gubernare. Sed cum filii afficiātur ad parentes tāq̄ ad eos quos uolunt eſſe in honore & reuerentia: cū honor & reuerentia: ad aliū ſit quodāmodo ſubiici illi: ſicut ex amore quē hn̄t pr̄es ad filios debēt eos regere & gubernare. Sic ex dilectione quā filii hn̄t ad patres: debent eis obedire & eſſe ſubiecti. Patet igit̄ ꝙ quātū ad bonū qđ eſt utile: patres magis diligunt filios q̄ filii ſeipſos. Sed quantū ad bonū ꝙ eſt honor & reuerentia filii plus diligūt patres q̄ econuerſo. Simpliciter tn̄ parētes plus dicuntur diligere filios q̄ filii ipos: qa plus ſolicitātur

& magis aſſidue cogitãt de utilitate filiorũ: q̃ filii de honore & reuerentia ipſorum.

¶Quod decet oẽs ciues: & maxie reges & pricipes ſic ſolicitari circa regimẽ filioꝝ: ut ab ipſa infantia inſtruãtur in fide. Ca. v.

VIDENTVR aũt tria ipſi fidei cõuenire p q̃ triplici uia uenari poſſumus ꝙ oẽs ciues & maxie reges & principes circa regimẽ filioꝝ ſic ſolicitari debent ut ab ipſa infantia inſtruantur in fide. Fides eni primo ſupra rõnẽ eſt: & ea q̃ ſunt fidei: rõne cõpræhendi non poſſunt. Secũdo ea quæ ſunt fidei ſimpliciter ſunt credenda. Tertio eis eſt firmiter adherẽdũ. ¶Prima aũt uia ſic patet. Nã ſi fides ſupra rõnem eſt & ea quæ ſunt fidei ratione compræhendi non poſſunt: utile eſt ut in illa ætate ꝓponãtur ea quæ ſunt fidei: in qua ratio nõ quæritur dictoꝝ: ſed ſimpliciter acquieſcitur dictis. Huiuſmodi aũt eſt ætas infantiæ. Infantes eni cũ eis a matre uel a patre ꝓponuntur aliqua credenda non quærunt rõnẽ dictoꝝ: quia uſum rõnis non hñt: ſed ſimpliciter acquieſcũt dictis. ¶Secũda uia ad inueſtigãdũ hoc idẽ ſic oſtẽdi põt. Nã ea q̃ ſunt fidei qa ſupra rõnẽ ſunt ideo eis ſimpliciter ẽ credendũ. Acquieſcendũ eſt autẽ hiis q̃ ſunt fidei ex auctoritate diuia: & ex ſimplici credulitate: non ex perſpicatia rõnis: non tñ hoc inconuenienter fit: qa nulli dubiũ eſſe debet diuinã prudẽtiã & eius auctoritatẽ oẽm perſpicatiã hũani generis ſuperare quare utilius auctoritate diuina ſimpliciter creditur q̃ acquieſcat rõnibus & demonſtrationibus hominũ. Si ergo ea q̃ ſunt fidei ſimpliciter ſũt credẽda cõueniẽter talia in illa ætate ꝓponũtur quæ eſt ſimpliciter creditiua. Talis aũt ẽ ætas infantiæ. Nã ut i primo libro diximus contractauimus de moribꝰ iuuenũ. Iuuenes ſunt ſimpliciter creditiui: uñ & in. 2. reth. dicitur ꝙ iuuenes eruditi ſunt ſolũ a lege. Appellat ãt ibi phũs eruditionẽ a lege monitiones maternas & documẽta illiꝰ q̃ parẽtes tenẽt. Si eni parẽtes in aliis legibꝰ parẽtes ſtatim ſunt ſoliciti erudire ꝓprios filios in hiis q̃ ſunt fidei ſuæ: & in hiis q̃ ptinẽt ad eoꝝ legẽ: eo ꝙ illa ætas ſit ſimpliciter creditiua: tãto magis hoc debẽt efficere ꝓfitẽtes chriſtianã fidẽ: quãto lex nr̃a ſuperat cæteras leges. Sola eni chriſtiana lex ẽ imunis ab oĩ erroꝝ cõtagio. In cæteris aliis legibus falſitates aliq̃ ſunt admixtæ. ¶Tertia uia ad hoc idẽ ꝓbãdũ ſumit̃ ex eo ꝙ hiis q̃ ſunt fidei eſt firmiter adherẽdũ. Videmꝰ aũt ꝙ conſuetudo ẽ q̃ſi altera natura ut dicit̃ i libro de memoria & reminiſcẽtia. Ratio aũt aſſignat̃ i retho. ubi dicit̃ ꝙ natura ẽ cõſuetudo ſæpe. Sæpe ãt ꝓpinquũ ẽ ei ꝙ ẽ ſemp: q̃re cõſuetudo eſt ꝓpinqua naturæ quãto ergo aliq̃d ẽ aſſuetũ tãto magis utit̃ in naturã: & tãto feruẽtiꝰ adheremus illi: cũ ergo magis ſumꝰ aſſuefacti ad ea circa q̃ in ipſa infantia inſudamꝰ q̃ ad alia: & p cõſequẽs magis adhereamꝰ illis ut firmiter & abſq; heſitatiõe adherere poſſumus hiis q̃ ſunt fidei: talia ꝓpoñeda ſũt nobis etiã ab ipſa infantia: uñ & phũs. 2. meth. uolẽs ꝓbare cõſuetudinẽ eſſe magnæ efficatiæ ait: tu potes ſcire q̃d facit cõſuetudo in legibus i qbꝰ iuuenes fabulas & apologos magis applicabiles q̃ ſint ueritates. ſi ergo leges gentiliũ continẽtes multas fabulas & apologos. i. multa fabulatoria & deriſoria: ſunt ſic applicabiles aio: ſi pueri ab ĩfantia aſſueſcãt illis ut firmiter adhereãt illis fidei xp̃ianæ q̃ ſola eſt catholica & orthodoxa ab ipã ĩfãtia ea q̃ ſunt fidei ſunt iuuenibus ꝓponẽda. Verũq; diſtinctæ articulos fidei cognoſcere & ſubtiliter ea q̃ ſunt fidei ptractare ſpectat ad clericos doctores inſtruẽtes alios i ipſa fide q̃ ſubtilẽ pſcrutationẽ layci & maxime pueri ſcire nõ pñt: ſufficit ꝙ talia ꝓponãt̃ groſſe & in quadã ſũma: ut ꝙ eis dicat̃ ꝙ unus ẽ deus ops creator oium: q ẽ pater & filius & ſpũs ſanctus: q̃ Adã prio parẽte nr̃o peccãte & hũano gñe p peccatũ eiꝰ in facto dei filiꝰ ut nos redimeret aſſumpſit carnẽ i btã uirgĩne: & ẽ natus ex ipſa ꝙ ipſe dei filius pp peccata noſtra fuit paſſus mortuꝰ & ſepultus: ꝙ

deſcendit

deſcendit ad inferos & eduxit inde captiuas
aīas ibi exiſtētes q tertia die reſurrexit a mor
tuis: ꝙ aſcēdit in cœlū: ſedēs ad dextrā prīs:
ꝙ iterū uēturus eſt ad iudiciū: & oēs reſurge
mus aſtabimus ante tribunal eius: reddituri
de factis ꝓpriis rōnē: ita ꝙ qui bona egerūt
ibūt in uitā eternā: q uero mala in ignē eter
nū. Debēt ergo oēs ciues ſolicitari circa pro
prios filios: ut ab infantia inſtruātur i hac fi
de: tāto tn̄ hoc magis decet reges & princi
pes: quāto ex feruore fidei ipſorū pōt mai⁹
bonū cōſequi religio xpiana & ex eorū tepi
ditate pōt ei maius periculū iminere.

¶ Q d' decet oēs ciues & maxime reges &
prīcipes ſic ſolicitari erga filios: ut ab ipſa in
fantia bonis moribus imbuātur. Capi. vi.

q VANTO aīa ē nobilior corpore
tāto oēs ciues & maxīe Reges &
prīcipes magis ſolicitari debēt ut
ꝓprii filii ſint pfecti in aīa q̄ in corpore. Si
ergo ſolicitātur circa hereditatē & circa nū
miſmata ut poſſint ſubuenire filiis quātū ad
indigētiā corporalē: multo magis ſolicitari
debēt: ut hēant pfectā aīam: & ut uirtutibus
& bonis morib⁹ imbuātur: & qa hoc tn̄ exi
ſtit bonū nō debet p negligētiā pteriri. Sed
ab ipſa infantia inſtruēdi ſunt pueri ut relin
quētes laſciuiā ſequāť bonos mores. ¶ Poſ
ſumus autē quadruplici uia uenari ꝙ ab ipſa
pueritiate iſtruēdi ſunt pueri ad bonos mo
res. Pria uia ſumiť ex naturalitate delectatio
nis. Secūda ex rōnis defectu. Tertia ex ꝓni
tate quā habemus ad malū. Quarta ex uita
tiōe oppoſiti habit⁹. ¶ Prima uia ſic patet:
Nā ſm phūm in ethi. adeo quale ē nobis de
lectari ꝙ ab ipſa infantia delectari incipim⁹.
Nā & pueri ſtatim delectātur cū incipiunt
ſuggere mām̄as. Si ergo ſic ab ipſa infantia
nobiſcū creſcit cōcupiſcētia delectabiliū: ab
ipſa infantia ē tali cōcupiſcētiæ reſiſtēdū ex
ipſa ergo cōnaturalitate delectatiōis ſtatim
cū pueri ſunt ſermonū capaces ſunt inſtruē
di ad bonos mores: & debent eis fieri moni
tiōes debitæ. ¶ Secūda uia ad inueſtigādū
hoc idē ſumiť ex rōnis defectu. Nam tūc ali
qui ſunt magis mouendi ad bonos mores:
quando magis incitanť ad laſciuiā & magis
ſunt paſſionū inſecutores. Sed ut patet per
phūm in .2. retho. In iuuenili ætate maxime
ſunt hoīes laſciui & paſſionū inſecutores: er
go tūc maxīe eſt ſubueniendū: ut p monitio
nes debitas & p correctiones cōueniētes re
trahātur a laſciuiis: quare cū rōnis ſit cōcupi
ſcētias refrenare & laſciuias quāto aliqs ma
gis a rōne deficit: tāto magis inclinať ut ſe
quať paſſiones. In iuuenili ergo ætate ſunt
pueri inſtruēdi ad bonos mores. qa tūc ma
gis ab uſu rōnis deficiūt & ſūt magis paſſio
nū inſecutores. ¶ Tertia uia ſumiť ex ꝓni
tate quā habem⁹ ad malū. Nā cū aliquis eſt
pronus ad aliqd: oportet ipſum multū aſſue
ſcere in cōtrariū: ne inclineť ad illud: ut plu
rimū eni hoīes ſm mores ſunt quaſi quædā
uirga inclinata ad malū: unde & phūs circa
finem .2. ethi. hoc modo decet nos dirigere
ad bonos mores quo dirigiť uirga tortuoſa:
Volēs eni uirgā tortuoſam rectificare incli
nat eā ad partē contrariā ualde: qua ſic incli
nata redit ad mediū & ad rectitudinē. Sic
nos qa obliquitatē & pronitatē habem⁹ ad
malū: & ad delectationes illicitas debemus
p multū tēpus ab illicitis delectationib⁹ ab
ſtinere: ut poſſumus hāc pronitatem uitare.
ymo ſicut uirga rectificāda: ad partē contra
riā ultra mediū inclinať ut poſſit ad mediū
redire. Sic & nos in fugiēdo delectabilia: de
bemus ultra mediū nos facere ut debemus
etiā licitas cauere: ut faciliter ab illicitis abſti
nere poſſimus. Si ergo tātā pronitatē habe
mus ad malū: & oportet nos p diturna tēpo
ra aſſueſcere ad cōtrariū ut ad bonū: ut faci
lius hāc pronitatē uitare poſſimus: ē ab ipſa
infantia inchoandū: ut relinquētes laſciuias
ſequamur bonos mores nec eſt differendū:
¶ Quarta uia ſumiť ex uitatiōe habitus cō
trarii. Nā qa iuuenes molles ſunt & ductiles
ſi ſine freno ſequātur laſciuias: ſtatim impri
munť in eis habitus uicioſi: ſicut i cera molli

& ductili ſtatim imprimit᷑ forma ſigilli: ne ergo iuuenes informentur habitibus uicioſis: ſtatim ab ipſa infantia ſunt monendi regendi ut per monitiones & correptiones debitas a laſciuiis retrahantur. Decet ergo omnes ciues ſolicitari erga filios: ut ab ipſa infantia inſtruentur ad bonos mores. Tanto tamen hoc magis decet reges & principes quanto bonitas filiorum eſt utilior ipſi regno: & quãto ex eorum malitia poteſt in regno maius periculum imminere.

¶ Quod filii nobilium: & maxime regũ & principum ab ipſa infantia ſunt tradendi litteralibus diſciplinis. Capitulum. vii.

LICET deceret oẽs hoĩes cognoſcere litteras ut p eas prudẽtiores effecti: magis poſſent illicita pcauere. Videtur tñ aliqui licitã excuſationẽ habere ſi nõ inſudant ſtudio litterarũ. Huiuſmodi aũt ſunt pauperes nõ habẽtes neceſſaria uitæ qui ſi retrahuntur a liberalibus diſciplinis: ut quærãt ſibi neceſſaria uitæ uident᷑ excuſabiles eſſe. Nobiles aũt & maxime reges & pricipes in diuitiis & in poſſeſſionibus habũdãtes oĩno rephenſibiles exiſtũt: ſi nõ ſic ſolicitãtur erga regimen filioꝝ: ut etiã ab ipſa infantia tradant᷑ liberalib⁹ diſciplinis. Quod autẽ in ſtudio litteraꝝ ſit ab ipſa infantia inchoãdũ: poſſum⁹ triplici uia uenari. Prima ſumit᷑ ex parte eloquẽtiæ. Secũda ex parte attẽtionis. Tertia ex parte pfectiõis q̃ eſt ex parte ſciẽtiæ acquirẽda. Decet. n. uolẽtes litteras diſcere litterales ſermones ſcire diſtincte proferre. Decet etiã eos eſſe attentos: & ſtudioſos circa ea q̃ in litteris traduntur: tertio decet ipſos ſm modũ ſibi poſſibilẽ ad pfectionẽ ſciæ puenire. ¶ Prima uia ſic patet. Nã uidem⁹ in ydeomatibus uulgaribus: ꝙ raro põt qs debite & diſtincte proferre aliquod ydeoma niſi ſit in eo in ipſa infantia aſſuefactus. Qui eni in ætate pfecta trãſferũt ſe ad partes lõginquas ubi ydeomata differũt a matrono: etiã ſi p multa tẽpora in illis exiſtãt: uix aut nũq̃ põt recte loqui linguã illã: & ab incolis illius terræ ſemp cognoſcitur ipſum fuiſſe aduenã: & non fuiſſe in illis partibus oriũdus. Si ergo ſic eſt in ydeomatib⁹ laycorũ: multo magis: hoc erit in ydeomate litterali: qđ ẽ philoſophicũ ydeoma. Videm⁹ eni philoſophicũ nullũ ydeoma eẽ cõpletũ & pfectũ per qđ pfecte exprimere poſſent naturas rerum: & mores hoĩum: & curſus aſtrorũ: & alia de qbus diſputare uolebãt: inuenerunt ſibi quaſi ꝓpriũ ydeoma: qđ dicit᷑ latinũ: uel ydeoma litterale: qđ cõſtituerũt adeo latũ & copioſum: ut p ipſum poſſent oẽs ſuos conceptus ſufficiẽter exprimere: quare ſi hoc ydeoma eſt cõpletum: & alia ydeomata nõ poſſumus recte & diſtincte loqui: niſi ab ipſa infantia aſſueſcamus ad illa ex parte eloquẽtiæ: uidelicet ut recte & diſtincte loquamur ydeoma latinũ: ſi nolumus litteras diſcere debem⁹ ab ipſa infantia litteris inſudare. ¶ Secũda uia ad inueſtigãdũ hoc idẽ ſumit᷑ ex parte attentionis & feruoris qui eſt in ſtudio adhibendus nunq̃ aũt qs bene ſtudet niſi ſit ferũes & attẽtus circa ſtudiũ. Cũ ergo cõſuetudo ſit altera natura: cũ ſm phũm in poli. nobis magis placeat illa opa ad q̃ ſumus ab ipſa infantia aſſueti: qa quilibet eſt magis intẽtus & ferũes circa ea q̃ ſibi magis ſunt placita: ut poſſumus eſſe attẽti & ferũetes: circa ſtudiũ litterale: ab infantia inſudandũ eſt litteralibus diſciplinis. ¶ Tertia uia ſumitur ex parte perfectionis: quæ eſt ad ſcientiã acquirendam. Nam raro aut nunq̃ quis peruenit ad perfectionẽ ſciẽtiæ niſi quaſi ab ipſis cunabulis uacare incipiat ad ipſam. Nam licet intelligẽtiæ etiam ab ipſa creatione creatæ ſint bene diſpoſitæ ad intelligendũ & ad cognoſcendũ naturas rerũ. Homo tamẽ a ſui natiuitate eſt male diſpoſitus ad capiendam diſciplinam. Licet eni unus hõ ſit melioris ingenii q̃ alius uniuerſaliter tamẽ hoĩes male nati ſunt ad ſciẽdum: quia noſtra cognitio incipit a ſenſu & poſterioribus. Vñ & philoſophus in primo de anima uult: ꝙ aĩa plus temporis apponit in ignorantia

in ignorantia q̃ in ſcientia. Per multum. nꝰ tẽporis quis inludat ſtudio antequã peruenire poſſit ad perfectionẽ ſcientiæ. quare ſi uita nr̃a eſt breuis: & artes ſcientiæ ſunt difficiles & longæ: & homines cõmuniter male nati ſunt ad capaſcendam ſcientiã. Si uolumus ad aliquam perfectionẽ ſcientiæ peruenire: debẽus ab ipſa infantia & quaſi ab ipſis cunabulis incoare. ℭ Decet ergo omnes nobiles & maxime reges & principes: ſi uolunt ſuos filios diſtincte & recte loqui litterales ſermones eẽ feruentes & attẽtos circa ipſos & peruenire ad aliquam perfectionẽ ſcientiæ: ab ipſa infantia eos tradere litteralibus diſciplinis. Nã ut ſuperius dicebatur: Nullus eſt naturaliter dominus: niſi uigeat prudẽtia & intellectu. Quare ſi per cognitionẽ litterarum efficitur quis intelligẽtior & magis uiget prudentia & intellectu. Tanto magis decet filios regũ & principum etiam ab ipſa infantia inſudare litteralibus diſciplinis: quãto decet eos intelligẽtiores & prudentiores eẽ. ut poſſint naturaliter dominari. Poſſet autẽ ad hoc idem alia ratio adduci. Nã niſi princeps uigeat prudentia & intellectu de facili conuertitur in tyrannum quia non curabit de operibus uirtutum: ſed appreciabitur nũmiſmata & exteriora bõa: ultra q̃ debeat. Erit ergo tyrannus & populi deprædator. Ne ergo filii regũ & principũ cũ ponunt̃ in aliquo dominio tyrannizẽt decet ipſos ẽt ab ipſa infantia inſudare litteris: ut uigere poſſint prudẽtia & intellectu.

ℭ Quas ſcientias debent addiſcere filii nobilium: & maxime filii regum & principum Capitulum. viii.

SEPTEM ſcientias eſſe famoſas apud antiquos: antiqua auctoritas proteſtat̃. Hæ oẽs autẽ ſunt. Grãmatica: Dyaletica: Rethorica: Muſica: Ariſmetrica: Geometria: & Aſtronomia: Has autẽ oẽs liberales uocant: eo ꝙ filii liberoꝝ & nobilium ponebãt̃ ad illas. Addiſcebant enim primo filii nobilium grãmaticã. Nã grammatica ſecũdũ Alpharabiũ inuẽta eſt ne erretur in lingua: & ne peccet̃ in ſermone. Addiſcimꝰ enim per grãmaticam ydeoma latinum: quod eſt ydeoma philoſophorum. Sub tali enim ſermone philoſophi ſuam ſciẽtiam tradiderunt. quare ſi per noſipſos non ſufficimus ad inueniẽda omnia ſcientifica: ſed indigẽus ad hoc auxilio philoſophorũ & doctoꝝ: expedit nos ſcire ydeoma illud in quo doctores & philoſophi ſũt locuti. & quia hoc ſcitur per grammaticam. Ideo grãmatica inter liberales ſcientias eſt computanda: qui filii liberorum & nobiliũ inſtruebantur in illa. ℭ Secunda liberalis ſciẽtia dicitur eſſe dyaletica. quæ docet modum arguendi & opponendi. Nam modus ſciendi noſter eſt: ut per debita argumẽta & per debitas rationes manifeſtemus propoſitionem. Oportuit ergo inuenire aliquam ſcientiam docentem modum: quo formanda ſunt argumẽta & rationes. Nam niſi modum arguendi ſciremus: poſſemus in arguẽdo peccare: & per conſequens decipi. Crederemus aliquando bene concludere & cõcluderẽus falſũ: eo ꝙ ignorarẽus arguendi modum. Sicut igit̃ neceſſaria eſt grammatica quæ eſt directio linguæ: ne errẽus in loquẽdo: ſic ſecundum Alpharabium neceſſaria eſt dyaletica quæ eſt directio intellectus ne erretur in arguendo. ℭ Tertia ſcientia liberalis dicitur eſſe rethorica. Eſt autem rethorica ut innuit philoſophus in retho. ſuis quaſi quædam groſſa dyaletica. Nam ſicut fiendæ ſunt ratiões ſubtiles ĩ ſcientiis naturalibus & in aliis ſcientiis ſpeculabilibus ſic fiendæ ſunt ratiões groſſæ in ſcientiis moralibus: quæ tractant de agibilibus. quare ſicut neceſſaria fuit dyaletica q̃ docet modũ arguendi ſubtilem & uiolentiorẽ. Sic neceſſaria fuit rethorica quæ ẽ quædã groſſa dyaletica: docẽs modum arguẽdi groſſum & figuralem. Hæc autẽ neceſſaria eſt filiis liberorũ & nobilium: & maxime regum & principum: quia horum eſt cõuerſari inter gẽtes

& dominari populo: qui nō poteſt percipere niſi rōnes groſſas & figurales. ¶ Q uarta ſcientia liberalis dicitur eſſe muſica: hæc ſecundū phūm. 8. poli. conuenit ipſis iuuenibus: & maxime filiis liberorū & nobiliū propter rationes multas. Q uarū una eſt: quia pueri nihil triſtabile ſuſtinere poſſunt quare ſi debēt eis aliqua delectabilia cōcedi dignum iſt ꝙ ordinetur ad delectationes innocuas. quare ſecundum eundē phūm: muſica eſt conſentanea naturæ iuuenū: quia habet innocuas delectationes. Secunda ratio ad hoc idē eſſe poteſt. quia ut phūs innuit: in eodem. 8. poli. Mēs humana neſcit ocioſa eſſe. Ideo ut uidetur ocium bonum eſt aliquando interponere inter delectatiōes muſicales: quæ ſunt licitæ & innocuæ. Maxie āt hoc decens eſt filiis liberoꝝ & nobiliū: qui non uacantes mechanicis artibus remanēt ocioſi. niſi ſtuderent litteralibus diſciplinis: & niſi ſuis exercitiis interponerēt delectationes muſicales quæ ſunt licitæ & hōeſtæ. Tangit. n. phūs multas rōnes impoſſibiles per quas oſ̄di poſſet: ꝙ filios nobiliū decet addiſcere muſicā: ſed de his forte infra tangetur. ¶ Q uinta ſcientia liberalis dicit' eſſe ariſmetrica. docēs proportiones numerorum ad quam forte filii liberorum. Iō tradebantur: quia ſine ea muſica ſciri non poteſt. ¶ Sexta ſcia liberalis eſt geometrica: quæ docet cognoſcere menſuras & q̄titates reꝝ ad hanc autē filii nobilium. Ideo forte tradebant': quia ſine ea aſtronomia quæ eſt de quantitate aſtrorum & de ſubſtantia ſideꝝ & de curſibus eorum perfecte ſciri nō pōt. ¶ Septima ſcientia liberalis dicit' eſſe aſtronomia. circa quā forte antiquitus filii nobilium. Iō inſudabant: quia gentiles circa iuditia aſtrorum nimis erant curioſi. Nunquā . n. uolebant bella inchoare: nec aliqua opera incipere niſi conſiderato gradu aſcēdēte. & inſpecta conditione cœli: & quia hoc per aſtronomiā cognoſcit'. Iō filii liberorum & nobiliū uolebant in aſtronimicis eē inſtructi. ¶ Sic ergo antiqui de liberalibus ſenſerunt & has ſeptē artes nimiū extollebant. Verū tñ plures ſunt aliæ ſcientiæ longe nobiliores iſtis. Nā naturalis philoſophia docens cognoſcere naturas reꝝ longe melior eſt q̄ aliqua prædictaꝝ. Sed hoc declarare nō patit' perſeruatio præſens: quæ debet eē groſſa & figuralis. Rurſus & methaphiſica quæ mō humano & per rōnes humanitus inuentas tractat de deo & de ſubſtantiis ſeparatis longe nobilior eſt: q̄ naturalis philoſophia. Et ēt q̄ aliqua p̄dictaꝝ: de qua phūs ait prio metha. quia nulla eſt dignior ipſa: qd' intelligendū eſt de ſcientiis humanitus inuentis. inter quas methaphiſica primatū tenet. ¶ Amplius theologia quū eſt de deo & de angelis nō mō humano ſed diuino: & nō per humanā inuentionē: ſed magis per inſpirationē diuinā: longe incomparabiliter nobilior & dignior eſt oīb' aliis. Ad huc quædam morales ſcientiæ ut ethica: quæ eſt de regimine ſui: & yconomica. quæ eſt de regimine familiæ. & politica: q̄ eſt de regimine ciuitatis & regni: ualde ſunt utiles & neceſſarie filiis liberoꝝ & nobiliū. ymo ut in proſequendo patebit: filii nobiliū & maxime filii regū & princípū: ſi uelint politice uiuere. & uelint alios regere & gubernare: maxime circa has debent inſiſtere. Sunt aūt & aliæ ſciētiæ ſubalternatæ & ſupoſitæ iſtis. ut perſpectiua: quæ eſt de uiſu: eſt ſub geometria. Medicina uero eſt ſub naturali philoſophia. Leges & iura quæ ſunt de actibus hominū ſub politica: quæ eſt de regimine ciuitatū. nā ut alibi nos dixiſſe meminim'. Oēs legiſtæ ſunt quaſi quidā ydeotæ politici. nā ſicut layci & uulgares qui arguūt & formāt rationes ſuas quē modum arguendi: docet dyaletica. Ideo ipi quia arguunt artificialiter & dyaletici: appellāt' a philoſopho ydeotæ dyaletici. Sic legiſtæ: quia ea de quibus eſt politica dicunt narratiuæ & ſine rōne: appellari poſſunt ydeotæ politici. Ex hoc aūt patere pōt quanto magis honorandi ſunt ſcientes

entes politicam & morales ſcientias q̄ ſcientes leges & iura. Nā quanto ſcientes & dantes cauſā: honorabiliores ſunt loquentibus & nō reddentibus cauſā dicti: tāto tales honorabiliores ſunt illis. Ex hoc autem apparere pōt qui ſcientes magis ſunt honorādi: nā primo honorādi ſunt diuini & ſcientes theologiā. Quia deus ipſe eſt deus omniū entiū. Sic theologia principaliter eſt de deo & eſt dea omniū & domina humanaꝶ ſcientiaꝶ. Poſt theologos uero magis honorandi methaphiſici. qa ut ſuperius dicebat̄. Inter ſcientias humanitus inuentas methaphiſica priuatū tenet. Poſt hos quidem honorari debent naturales philoſophici. quia naturalis phīa. licet ſit infra methaphiſicā: tenet tñ principatum inter omnes alias ſcientias inuentas hoīe. Sic ergo ſcientes gradatim ſunt honorandi. ℭ His ergo ſcientiis ſic diuiſis: de leui patet̄ poteſt: circa quas ſcientias filii nobiliuꝫ. & maxime regum & principum debeant inſudare. Nā cum oporteat eos eē quaſi ſemideos: & debite & abſq; negligentia negociū regni intendere. nō uacat eis ſubtiliter pſcrutari ſcientias. maxime igit̄ decet ipſos bene ſe habere circa diuina. & eē inſtructos & firmos in fide. Et illas ſcientias p quas quis ſe & alios nouit regere & gubernare. Huiuſmodi autē ſunt ſcientiæ morales. Alias ergo ſcientias in tātū decet eos ſcire inquantū deſeruiunt morali negocio. Decet igit̄ eos ſcire grammaticam ut intelligant ydeoma litterale. ſecundū q̄ ydeoma tā morales ſcientiæ q̄ aliæ facilius tradunt̄. Imo ſi nunquā grāmatica deſeruiret negocio morali. Decet reges & pricipes ſcire ydeōa litterale: ut poſſint ſecreta ſua aliis ſcribere & legere abſq; aliorū ſcitu. ℭ Filii ergo nobiliū quantūcūq; intendant eſſe milites & uacare negocio politico debent inſudare. ut ſciant ydeoma litterale. Debent ēt aliquid addiſcere de grāmatica & rethorica: ut ex hoc ſubtiliores fiant ad intelligēdū quæcūq; propoſita. quo facto totū ſuū ingeniū debent exponere: ut bñ intelligant moralia: ut ſciant & alios regere. Nā & de muſica ſm phūm in politicis eos ſcire decet inquantū deſeruit ad bonos mores. Sic ergo morale negociū ſcire expedit ab his qui cupiunt principari: ut ſi oēs alias ſcientias ignorarent: adhuc ſtudere debent ut eis moralia uulgariter & groſſe proportionent̄ qa per ea princeps ſufficienter inſtruit̄ qualiter debeat principari: & quo ſe & ciues inducere debeat ad uirtutes.

ℭ Qualis debeat eſſe magiſter: qui filiis nobilium & maxime regum & principum eſt proponendus. Capitulum. ix.

PHYLOSOPHVS circa finē tertii ethi. Concupiſcibilē ſiue ſenſualitatē aſſimilat puero: & rōnē aſſimilat pædagogo. Sicut ergo cōcupiſcibilis indiget rōne dirigente & regulante. Sic puer indiget magiſtro & pædagogo. Quare ſicut rō ſemper deprecat̄ ad optima. ut in eodē tertio dicit̄ ethi. Sic & magiſter puerorū ſemper debet eos ad optima inſtigare. Si igit̄ in doctrina puerorū finis intēperatus eſt inſtigatio ad optima: qa ex fine accipiēda eſt rō omnium aliorū: talis quærendus eſt magiſter q poſſit iuuenes ſibi cōmiſſos ad optima inducere. ℭ Optimum āt & bonum ad quod inducēdi ſunt iuuenes eſt duplex: ſcientia ſcilicet & mores. Ad bonos āt mores inducit̄ dupliciter quis. exemplo per bonitatē uitæ & uerbo per monitiōes debitas: quantū. ſ. ad præſens ſpectat. Magiſter puerū nobilium: & maxime regum & principū tria in ſe habere debet. Debet eſſe ſciens in ſpeculabilibus. Prudens in agibilibus & bonus in uita. ℭ Ad hoc autem q̄ ſit ſciens in ſpeculabilib⁹ requirūt̄ tria. Quod ſit inuentiuus per ſe. Q᷑ intelligat aliorū dicta. Et tertio q̄ ſit indicatiuus tam de inuentis: q̄ de his quæ ab aliis intellexit. Inuentiuus. n. eſſe debet: quia qui nullo modo ſcit aliqua inuenire: ſed ſolum nouit aliorū dicta referre. magis eſt recitator q̄ doctor. De

cet igitur ipm eſſe inuentiuū. ℂ Secundo decet ipm eſſe intelligentem & perſpicacē. Nam ſicut nullꝰ bñ & perfecte ſibi ſufficit in uita; ſed ad hoc ꝙ habeamus ſufficientiā in uita oportet nos in ſocietate uiuere: ita ut per auxilia aliorum ſubueniatᷣ nobis ad indigentiā uitæ. Sic & forte multo magis. Vt patet per philoſophū ſecundo metha. Nullus ſibi ſufficit in ſpeculādo: ſed ſemper poſteriores philoſophi ex dictis aliorū priorū habuerunt iuuamenta auxilia. Nō ergo ſufficit ad perfectionē ſcientiæ ꝙ aliquis ſit inuentius ex ſe: ſed ꝙ ſit perſpicax & itelligens aliorum dicta. ℂ Tertio oportet ipm eſſe iudicatiuū. Nā perfectio ſcientiæ potiſſime in iuditio conſiſtit. Nō enim ſatis eſt aliorꝫ dicta intelligere: & de ſe multa inuenire. niſi tā de intellectis q̄ de inuentis nouerit iudicare: quæ ſūt tenenda: & quæ reſpuenda. Quantum ergo ad ſcientiā talis debet quæri doctor: q ſit inuentiuus ex ſe: intelligens alios: & bene iudicatiuus: tam de inuentis q̄ de intellectis. Nā & dato ꝙ filii nobilium & maxime regum & prncipū nolint omnio ad profunditatē ſcientiæ ingredi: ſed ſufficiat eis aliqua de his cognoſcere. nihilominꝰ tamen doctorē bene ſcientem debēt inquirere: eo ꝙ doctrina prudentū facilis: & qui clare intelligit: clare loquitur. Illa ergo modica q̄ ſcire cupiūt: facilius clarius & rectiꝰ itelligēt a ſciēte q̄ inſcio. ℂ Viſo q̄lis debet eē doctor: & quomodo debet eſſe ſciens: ut doceat in ſcientia. Reſtat uidere qualiter debet eē prudens in agibilibus: ut inſtruat in bonis moribus. Ad huiuſmodi autē prudētiam deſcribendā: licet enumerare poſſemꝰ oīa illa octo q̄ in prīo libro de prudētia tetigimꝰ. ſufficiat tñ ad pñs de illis enumerare. Doctor ergo puerorꝫ nobiliū dꝫ eē ſic prudēs ī agibilibꝰ ut ſit memor: cautꝰ: ꝓuidꝰ: & circūſpectus. Debet. n. eſſe mēor recolēdo ꝓterita: nā ſicut ualēs rectificare uirgā nūq̄ eā rectificarᷣ poſſet niſi cognoſceret ex q̄ parte eēt obliq̄ta. Sic uolēs alios rectificare nūq̄ eos cōgrue rectificare poſſet niſi hēret ꝓteritorꝫ notitiā: p q̄ cognoſceret qūo obliq̄ta eēnt. decet igr̄ aliorꝫ directorē mēorē eē ꝓteritorꝫ. Scdo decet ipm eē ꝓuidū futurorū. nā ſicut aliorꝫ director dꝫ cogitare ꝓterita ut ſciat qūo p tpa ꝓterita obliq̄ti fuerit: q ab eo ſūt dirigēdi. Sic dꝫ ꝓuidere futura ut adhibeat medicamēta ad ea p q̄ poſterꝫ facilꝰ obliq̄ri poſſint. Tertio decet ipꝫ eē cautū. qa ut ī prio libro tetigimꝰ: ſicut ī cognoſcēdo & ſpeculādo ē adhibēda cautela: ne falſa āmiſceātᷣ ueris. Sic ī agēdis cōuēit hoīnē eē cautū: ne mala admiſceātᷣ bonis: quædā. n. ſcḋm ſe mala ſupficie tenꝰ cōſiderata apparēt bōa. ſicut q̄dā falſa appent uera. q̄re ſicut doctorē in ſpeculabilibꝰ. ſic decet eē diligentē & cautū: ut ꝓponat ſuis auditoribꝰ uera ſine admixtiōe falſorꝫ. ſic qa uult iuuenes dirigere dꝫ cautus eē ꝓpōens eis bona ſine admixtōe malorꝫ. Quarto hmōi doctor dꝫ eē circūſpectus uel exptus. Nā expti eſt particularia cognoſcerᷣ. ſic & hmōi doctor dꝫ cognoſcere pticulares cōditiōes illorꝫ iuuenū quos decet regere. Nā ſcḋm iuuenes hñt alias & alias cōditōes & ſūt ꝓni ad alia & ad alia ſic ſūt aliter & aliter iſtruēdi. talis ergo dꝫ eē doctor iuuenū ut eos p debitos ſmones & p debitas mōitiōes iducat ad bonū. Verū q̄ ad bonū qs iducitᷣ nō ſolū monitionibꝰ uel correptionibꝰ. Sꝫ ēt opibꝰ & exemplis. reqritᷣ ꝙ hmōi doctor ſit ī uita bonꝰ & honeſtꝰ. nā qa ætas iuuēilis ualde eſt ꝓna ad itēpātiā & laſciuiā: q̄tūcūqꝫ puerorꝫ doctor eis uerba bōa ꝓportiōaret. ſi tñ opera cōtraria faceret: iuuenes illi exēplo iducti de facili ad illicita decliarent. Patet igr̄ q̄lē q̄rendū eē doctorē q q̄tū ad ſciam ſpeculabiliū ſit iuentiuus ex ſe. itellectiuꝰ aliorꝫ. & iudicatiuꝰ tā inuentorꝫ q̄ itellectorꝫ. Quātū uero ad prudentiā agibiliū decet ipm eſſe memorē, ꝓuidū & cautū. & circūſpectū. Quātū āt ad uitā decet ipm eſſe honeſtū & bonū. Si ergo reges & prin. & ulr̄ oēs ciues ualde ſolicitātᷣ qualibet ꝓponāt ſuis nummiſmatibus poſſeſſionibus

ſeſſionibus & rebus inaīatis. qa ſm phūm. i2 poli. ſēp de aīatis amplior cura habēda q̄ de inaīatis: & de filiis: q̄ de aliis. ualde deberēt eē ſoliciti & cū magna diligētia attēdere: q̄lē magiſtrū ꝓponerēt in regimine filioꝝ.

¶ Qualiter circa loquelam & circa uiſum & auditum inſtruendi ſunt iuuenes. Ca. x.

CIRCA finē. 7. poli. docet phūs iuuenes cohibēdos eē circa locutionē uiſionē & auditū: nō. n. decet pueros q̄litercūqꝫ loq. nec decet eos q̄liacūqꝫ uidere. uel q̄liacūqꝫ audire. ſed eſt ibi modus aliqs adhibēd⁹. Circa locutionē q̄dē iuuenes tripliciter peccare uidēt. Prīo qa de facili loquūt lasciua. Scd̄o qa de leui loquūtur falſa. Tertio qa ut plurimū loquūt fatua & imp̄meditata. Loquūt. n. de leui laſciua qa ut ſupius in prīo libro dicebat. Iuuenes ſūt inſecutores paſſionū & ad laſciuiā proni quaꝫ cū ſemp ſit adhibēda cautela: ubi picu lū iminet: cohibēdi ſunt iuuenes a locutiōe laſciua. & a ſermonib⁹ turpibus: & ſūt increpandi. & ēt corrigēdi ſi eos talis loqui cōtingat. Rō āt quare ſunt a ſermōibus turpibus ꝓhibēdi eſt ſm phūm. qa ex talib⁹ locutōibus de facili ad opa turpia īclināt. ipſa. n. locutio turpē facit in nobis mēoriā delectabiliū illicitorū. qua facta augēt cōcupiſcētia circa illa. cōcupiſcētia uero augmētata facilius iclināur ad ipa. ꝓpter qđ bn̄ dictū eſt qđ corrūpūt bonos mores colloqa praua. Cohibēdi ergo & corrigēdi ſūt iuuenes ne loq̄tur laſciua. ¶ Secundo ſūt cohibēdi & corrigēdi ne loquāt falſa. Nam ut ſupius diximus iuuenes ſunt de facili mētitiui. cum ergo cōſuetudo ſit quaſi altera natura: ex quo iuuenilis ætas iclinat eos ad dicēdū falſū & mendatiū ꝙ ſcd̄m phūm. 4. metha. eſt p ſe prauū & fugiēdū p debitas mōitiōes & correptiones iducēdi ſunt ut relinq̄ntes mendatiū adhereāt ueritati. q̄ ſcd̄m phūm i eodē. 4. ethi. eſt p ſe bona & laudabilis. ¶ Tertio cohibēdi ſunt ne abſqꝫ p̄meditatōe loquāt: nā iuuenes ſūt iexpti & pauca cognouerūt: qa ergo pauca cognoſcūt ad pauca reſpiciētes enunciāt cito & debiliter: q̄re monēdi ſūt ne ſtatī ad iterrogata reſpondeāt. licet enim nullus repēte ſit ſupm⁹ & iuuenes nō ſtati poſſint eſſe pfecti & prudētes. tn̄ ſi aſſuefiāt ut p̄meditati reſpondeāt: & ut p̄cogitēt i ſermonibus ꝓferēdis p ſucceſſionē tpis diſponent ut ꝓferāt ſermones ireprahēſibiles. ¶ Viſo q̄liter pedagogi & doctores iuuenū debēt eos inſtruere qūo ſe habeant ad loq̄lā. Reſtat uidere qūo ſūt iſtruēdi ut ſe habeāt circa uiſū. In uiſione aūt iuuenū duplex cautela eſt adhibēda. Primo quantū ad uiſibilia. Scd̄o quantū ad modū uidēdi. ¶ Quātū ad uiſibilia quidē qa ſicut nō decet eos turpia loqui. Rō āt eius aſſignat a phō. 8. ethi. ubi ait ꝙ oīa pria amamus magis. ꝓpter qđ ab ipis iuuenib⁹ extranea facere q̄cūqꝫ ſunt turpia & quæcūqꝫ infectionē habēt. qa quæ primo aſpiciunt cum maiori aſpiratōe uidēt. quare magis ſumus attenti circa illa: & per cōſequēs ea magis mēoriter retinem⁹. Iuuenes igit qa eis quaſi oīa ſunt noua: maiori ardore ferūt in illa quæ uidēt quare ſi cōtigat eos uidere turpia magis recordāt de illis & per cōſequēs inclināt ad cōcupiſcēdū ea. Vn̄ & phūs ꝓhibet ut non ſolū ꝓhibeāt iuuenes ad uidendū turpia in reiſed ēt i picturis & in ymaginib⁹. ut ſi mulieres uñ eſſent depictæ uel ſculptæ: nō eēnt iuuenibus oſtēdēdæ. Nam ſatis illa ætas de ſe ꝓuocat ad laſciuiā & ad paſſiōes inſequēdas: nō oportet ipam per uiſionē turpiū ad ulteriorē ꝓuocare. ¶ Secundo adhibēda ē cautela in iuueīb⁹ ut inſtruant ꝙ palpebras oculoꝝ cū maturitate eleuēt: & nō habeant oculos uagabūdos. Incliat. n. ætas illa: eo ꝙ oīa reſpiciat tāq̄ noua. ut oīa uidere uelit: & circa oīa uiſu uagatur: & i regib⁹ & pricipib⁹ ualde eſt indecēs ſi habeāt oculos uagabundos. Nā ex hoc iudicātur leues corde & paruifici & puſillāimes: eo ꝙ uideāt de oīb⁹ admirari. Eos igit q debēt principari & dn̄ari ēt ab ipa iſantia mouēdi ſunt de mō uidēdi

ut mature ſe hẽant circa eleuationẽ oculoꝝ & circa uidẽdi modũ. Nã facili⁹ qs uir fact⁹ obſeruat qđ ab infantia aſſueuit. ¶ Oñſo qũo inſtruẽdi ſunt iuuenes q̃tum ad loquelã & uiſionem. Reſtat oſtẽdere qũo ſunt inſtruẽdi ut ſe habeant ad auditũ. Circa quem q̃tum ad pñs ſpectat: etiã duplex cautela eſt adhibenda. Prio quantũ ad res auditas. Secundo q̃tum ad eos quos audit. In rebus autem auditis obſeruat̃ cautela q̃tum ad iuuenes: ſi ꝓhibeant̃ ab auditione turpiũ. Nam ſm phũm. 7. poli. ubi de hac materia loquit̃ ꝓhibẽdi ſunt iuuenes ne audiãt quodcũq; turpiũ. qa audire ẽ ꝓpe ad ipm facere. Iõ ergo ſm phũm cohibendi ſunt iuuenes ab auditione turpiũ. qa ex hoc de facili inclinãt̃ ad opus. ¶ Scđo adhibenda eſt cautela in ipſis iuuenibus quantũ ad eos quos audiunt. Sicut decẽs eſt audire eos honeſta & pulcra & idecẽs audire turpia. ſic decet eos audire uiros bonos & honeſtos: & cohibẽdi ſũt ne audiant maliloquos & inhoneſtos.

¶ Quot modis peccat̃ circa cibũ: & q̃liter ſe debeãt hr̃e iuuenes circa ipm Ca. xi.

d IXIMUS ſupius iuuenes ab infãtia inſtruẽdos eẽ in bonis morib⁹ uerũ q̃a ut ſupra dicebat̃ i morali negocio ſermões uniuerſaliores min⁹ ꝓficiunt oportet ſpãliter tradere qũo iuuenes ſũt in bonis morib⁹ iſtruẽdi. Quare poſtq̃ dixim⁹ qũo ſe hr̃e debẽt circa loquelã & circa uiſũ & auditũ. Reſtat oñdere qũo ſe hr̃e debeãt circa cibũ & circa potũ & circa uenerea ſiue circa matrimoniũ cõtrahẽdũ. Sꝫ prio dicem⁹ quot modis peccat̃ circa ſumptionẽ cibi: & q̃liter ſe debeãt hr̃e iuuenes circa ipm. Circa cibũ aũt cõtingit. 6. modis peccare uel delinq̃re. Prio ſi ſumat̃ ardẽter. Scđo ſi nimis. Tertio ſi turpiter. Quarto ſi inordinate. Quinto ſi nimis laute uel delicate. Sexto ſi nimis ſtudioſe. ¶ Delinq̃tur .n. circa cibũ ſi ſumat̃ ualde ardẽter. Nã hoc nõ ſolũ nocet aĩæ qa nimis ardẽter & auide ſumẽtes cibũ fiũt glorioſi & itẽpati. Sed ẽt nocet corpori. Nã cib⁹ nimia auiditate ſumptus nõ bñ maſticat̃: & ꝑ cõſequẽs minus ſemꝑ digerit̃. Ordiauit .n. natura aĩalib⁹ dẽtes: ut per eos cib⁹ debite tritus facilius pateret̃ a calore naturali: & ꝑ cõſequẽs facilius cõuerteret̃ in nutrimẽtũ. Sicut ligna minute trita facilius igniũt̃ & cõuertũt̃ in ignẽ: hunc ãt ordinẽ naturalẽ ut plurimũ nõ obſeruãt ſumẽtes cibũ nimis auide. Nã ut inuuit phũs. 3. eth. modica delectatio eſt cum cib⁹ attigit linguã: ſed maior eſt: cũ attingit gutt̃. Guloſi ergo qui nimis auide & cũ magna delectatione cibũ ſumunt nõ multũ delectãt̃ ꝙ cibus diu in ore exiſtat: ſed cupiũt ꝙ cito perueniat ad guttur. Iõ tales ut plurimum cibum nõ maſticãt: ſed eum imaſticatum tranſglutiunt. quare ſequitur cibum ſic ſumptum nõ bene digeri. & per cõſequẽs ſequit̃ ꝙ non ſolum lædatur anima ſed etiam corpus. ¶ Secundo delinquitur circa cibũ ſi ſumatur nimis in quãtitate. Nã & hoc nocet aĩæ: quia reddit ipam intẽpatã: & etiam nocet corpori qa ipedit digeſtionẽ debitã. Si enim cibus digeri debeat oportet ipm eẽ ꝓportionatũ calori naturali. quare ſi in tanta quãtitate ſumatur ꝙ calor naturalis ei dominari nõ poſſit nõ bñ digeritur & per conſequens non cauſat debitum nutrimentũ. ¶ Tertio deliquitur ſi ſumat̃ turpiter: ſunt .n. plurimi ſeipos paſcere neſcientes ꝙ uix aut nunq̃ cõmedere poſſunt: quin ſua ueſtimẽta deturpẽt. turpitudo ãt corpis licet ſm ſe nõ ſit delictum: peccatur tñ circa eã: ſi cõtingat ex inordinatione aĩæ: quaſ̃ cũ turpis mod⁹ ſumẽdi cibum ſignum ſit cuiuſdã gulolitatis uel inordinationis mentis in ſumptione cibi non ſolũ cauẽdus ẽ ardor & nimietas: ſed ẽt cauẽda ẽ turpitudo. ¶ Quarto circa cibum delinquitur ex inordinatiõe temporis: ut ſi nimis ante horam: uel nimis inordinate ſumatur cibus. nam ex tali ſumptione efficitur quis guloſus & intẽperatus: & etiam læditur ſm corpus. non omnes actiones naturales ſm phũm mẽſurãt̃ quadã peryodo

peryodo. Inde eſt igitur ꝙ quia conſuetudo eſt quaſi altera natura. Ideo cū quis aſſueſcit ſumere cibū in aliqua hora: ut plurimū appetit ſumptionē eius in eadē hora. Si ergo inordinate & ꝑter cōſuetā horā utatur quis cibū ſumere: ut plurimū ante digeſtionē primi cibi ſumitur ſecundus cibus lęditur ergo inde corpus. Hora ergo debita & determinata non ſolū propter bonitatē animæ: ſed etiā propter ſanitatē corporis: obſeruanda eſt in ſumptione cibi. ℂ Quinto peccatur circa ſumptionē cibi: ſi quærantur cibaria nimis lauta & delicata ultra q̄ eius ſtatus requirat. Delicatio eñi ciboꝝ accipiēda eſt ſm cōditionē perſonæ: & ſm ſtatū nobilitatis ei9. Qui ergo ultra q̄ conditio perſonæ exigat: & ultra q̄ eius ſtatus requiat delicata cibaria quærat delinquit: quia ex hoc aliqua intēperātia uel aliquo mō ꝑuenit. ℂ Sexto delinquitur ſi quærant̄ cibaria nimis ſtudioſe parata: Nā etiā in uilibus cibariis pōt quis oſtēdere ſe nimis guloſum: ſi nimio ſtudio uelit ea eſſe parata. Videtur eñi tales uiuere ut comedāt: nō comedere ut uiuāt: cū nimiū ſtudiū & nimiā curā apponant circa ꝑparamēta ciborū. ℂ Hiis ergo uiſis de leui apparet qualiter inſtruendi ſunt pueri ut ſe habeant circa cibos. Nam nullus repēte fit ſummus. Sufficit autem eos paulatim & pedetentim inſtruere: ut cum ad debitam ætatem peruēnerint: ſint ſufficienter inſtructi: qualiter ſe habere debeant in ſumptione ciborum.

ℂ Qualiter inſtruendi ſunt pueri ut ſe habeant circa potum: circa uenerea: & circa cōiugia contrahenda. Capitulum. xii.

p OSTQVAM in præcedenti capitulo diximus: qualiter delinquit̄ circa cibū. Reſtat dicere quō delinquitur circa potū: dicebat̄ eñi ſuperius ꝙ iuuenilis ætas maxime eſt prona ad intēperantiā: quare cū ſemper ſit adhibenda cautela: ubi maius periculū iminet. In puerili ætate cauendū eſt ne iuuenes efficiantur intemperati. Temperantia aūt circa tria eſt adhibenda: circa cibū potū & uenerea. Nā nō ſolum cibus indebite ſumptus intēperantiā cauſat: ſed etiā potus. Decet ergo iuuenes non ſolū eſſe abſtinentes: ut nō efficiantur guloſi ex ſumptione cibi. Sed etiā decet eos eſſe ſobrios: ut nō efficiantur ebrii: ex ſumptione potus. ℂ Vinū eñi imoderate ſumptū quantū ad ꝑſens ſpectat tria mala cauſat. ℂ Primo: quia uenerea prouocat. Cū eñi corpore calefacto maior fiat incitatio ad actus uenereos: unū quod maxime calorē efficit imoderate ſumptū: incitat ad incōtinentiā nimiā: ergo ſumptio uini in quātū uenerea prouocat: tāto magis in ætate iuuenili q̄ ſenili cauēda eſt quāto illa ætas pronior ē: ad laſciuiā q̄ alia. ℂ Secundū malū quod inducit nimia ſumptio uini. eſt depræſſio rōnis. Nā aſcēdentibus fumoſitatibus uini ad capud turbatur cerebrū: quo turbato deprimitur ratio noſtra quātū ad ſuos actus quia non poſſumus libere rōne uti. Immoderata ergo ſumptio uini in tantū impedit rōnis uſum in quantū turbat cerebrū. Inde ē ergo ꝙ aliqui plus offendūtur aīo q̄ alii: quia habent debilius caput: & citius turbatur eorū cerebrū: prohibendi ſunt ergo iuuenes a nimia ſumptione uini: quia propter debilitatē cerebri citius offendūtur aīo. ℂ Tertiū malū quod ex uino cōſurgit eſt lis & diſſenſio. Turbato eñi cerebro ex nimia ſumptione uini: & amiſſo uſu rōnis de facili prorūpitur in uerba inordinata: & cōſurgūt diſſenſiones & lites. ymo qa cōſurgit ex inflāmatione ſanguinis. Vinum quod propter ſui caliditatē inflammat ſanguinē: reddit hoīem aīoſum & iraſcibilem: quo facto facilius ꝓuocatur ad diſſenſiones & lites. Iuuenes ergo quia ſunt amatores cōtumeliaꝝ ut uult phūs. 2. eth. ꝓhibēdi ſunt a nimia ſumptione uini: per quā quis ad lites & cōtumelias prouocatur in omni ergo ætate cauendū eſt: a nimietate cibi & ab imoderatione potus: uerūtamē quia facilis adheremus hiis ad quæ ab infantia aſſueti ſumus. Decet oēs patres & maxime reges & princi

pes ſolicitari circa regimē filiorū : ut ab ipſa
infantia ſic regantur ꝙ ſint abſtinētes & ſo
brii. ¶ Viſo qualiter iuuenes debeant ſe ha
bere circa cibū & potū. Reſtat uidere quō ſe
debeant habere circa uenerea & circa coniu
gia contrahēda. Oritur enim luxuria & gula
quaſi filia ex matre. Si ergo diximꝰ iuuenes
ipſos inſtruēdos eſſe: ne ſint guloſi: reſtat di
cere quō inſtruēdi ſunt ne ſint laſciui. Cum
ergo oīs actus venereꝰ excepto matrimonio
ſit cōtra rōnis dictamen. quia decet patrē ſic
ſolicitari erga filios: ut ſint uirtuoſi. Iuuenes
cōtinere uolētes inducēdi ſunt: ut ſint cōtēti.
In qua aūt ætate debeāt uti coniugio oſtēdit
phūs. 7. politi. dicēs ꝙ in muliere requiritur
ætas. xviii. annorū. In maſculo. xxvii. in tali
aūt ætate ſm ipſum procreātur filii magis ꝑ
fecti: ſed quia uis generatiua ut ſuperius di
ximus ē nimis corrupta ſufficeret toto tēpo
re augmēti ꝙ durat cōiter uſq; ad uigeſimū
primū annū abſtinere iuuenes a carnali co
pula. ꝙ ſi infra tale tēpus utātur cōiugio pro
uocātur ad laſciuiā: & impedit̄ eoꝝ augmē
tum: ut uult phūs in eiſdē poli. Sic ergo utē
dū ē coniugio ſi noſtra uis cōcupiſcibilis nō
eſſet nimis corrupta: quia tamē timēdū ē de
corruptione cōcupiſcibili: ſi doctores puero
rū percipiāt iuuenes tātum tēpus expectare
nō poſſe: poterit illud tēpus anticipari prout
eis uidebit̄ expedire. Qualiter āt ſe debeāt
habere iuuenes cū uxore iā ducta: & q̄ ſūt cō
ſideranda in uxore ducēda: ſupra cū egimus
de regimine cōiugali diffuſius diximus.

¶ Qualiter iuuenes ſe habere debeant in ludis & in ueſtibus & ueſtitu. Capitulū. xiii.

O STENSO quō iuuenes debent
eē abſtinētes in cibo: ſobrii in po
tu: tēperati in venereis: cōtrahēdo
cōiugiū in ætate debita: & modeſte ſe habe
re cū uxore iā ducta. Reſtat oſtēdere quō cir
ca ludos circa geſtus & circa ueſtitū debeant
ſe habere. Ludus aūt ut ꝓbat phūs. 8. polit.
eſt neceſſarius in uita: quod quātū ad ꝑſens
ſpectat: duplici uia declarari pōt. Primo ex
uitatiōe illicitæ ſolicitudinis. Secūdo ex adē
ptiōe finis intēti. ¶ Prima uia ſic patet. Nā
mēs humana neſcit ocioſa eſſe: cū ergo quis
uacat ocio & nō intēdit aliquibꝰ delectatio
nibus licitis ſtatim incipit uagari cogitando
de illicitis: unde phūs. 8. poli. ait ꝙ ludus eſt
quædā deductio & uitatio ſolicitudinis qua
re ne ſolicitemur circa aliqua illicita: & uite
mus delectatiōes illicitas: expedit aliquādo
habere aliquos ludos & hēre aliquas dedu
ctiōnes licitas & hōeſtas : qui ſunt tā illi ludi
& q̄ ſunt illæ deductiones circa quas debent
uacari pueri: infra dicetur. ¶ Secūda uia ad
oſtēdēdū hoc idē ſumit̄ ex adeptiōe finis
intēti. Nā nō ſemꝑ ſtatim quis habere pōt fi
nē intētū: ne ergo ꝓpter continuos labores
deficiat a cōſecutione finis: expedit aliquos
ludos & aliquas deductiones iterponere ſu
is curis : ut ex hoc aliquam requiē recipiētes
magis poſſint laborare in cōſecutione finis.
Vnde & phūs. 8. polit. ait ꝙ quia hō nō pōt
requieſcere in fine adepto: & aliquādo quis
conſtituit ſibi finē in quo diu laborat anteq̄
conſequat̄ illū ideo oportet interponere ali
quos ludos & aliquas delectationes ne defi
ciat a conſecutione finis. Sic ergo inſtruen
endi ſunt pueri erga ludos ut non oīno pro
hibeātur a ludis: ſed ut moderate habeāt lu
dos honeſtos & liberales. Nā ludi turpes &
eloquia turpia & deductiōes inhoneſtæ ꝓ
hibēdæ ſunt a iuuenibꝰ: ut uult phūs. 7. pol.
¶ Viſo qualiter iuuenes ſe habere debeant
circa ludos. Reſtat uidere qualiter ſe habere
debeāt circa geſtus. Geſtus aūt dicūtur quili
bet motꝰ mēbroꝝ ex qbus iudicari poſſunt
motus animæ. Videmus eni prudētes & bo
nos habere geſtus ordinatos & honeſtos: co
hibēt eni ſua mēbra ne aliquē motū habeāt
ex quo qs coniecturari poſſit elationē aī uel
inſipiētiā mētis uel intēperātiā appetitꝰ. Eſt
eni hoī neceſſaria diſciplina in geſtibus. Nā
qa ipſe intētus eſt circa rōnē & itellectū nō
ſic percipit naturales impetus: nec ſic agit ex
naturali inſtinctu ut aues & beſtiæ. Aues eni

& alia aīalia ex naturali iſtinctu agētia nō ſic indigēt diſciplina: ut hō qui utit̄ rōne & intellectu & ad agēdū ſibi opa debita nō ſuffiriēter inclinat̄ ex natura. Diſciplina aūt q̄ ē danda in geſtibus: ē ut quodlibet mēbrū ordinet̄ ad opus ſibi debitū. Homo.n.nō audit p os ſed p aurē. Fruſtra ergo cū quis uult audire aliū: retinet os aptū. Sic ēt hō nō loquit̄ pedibus nec manibus nec ſpatulis ſed ore: ſicut habēt indiſciplinatos geſtus qui cū uolūt audire alios tenēt ora aperta. Sic ſunt indiſciplinati ſēm geſtus qui cū uolūt loqui extēdūt pedes & crura: uel mouēt nimis ſpiſſim brachia uel erigūt hūeros uel faciūt alia q̄ ad locutionē nihil deſeruiūt. Sic ergo diſciplinādi ſunt iuuenes ut habeāt tales geſtus & ut ſic utātur motib⁹ mēbrorū ut deſeruiūt ad opa q̄ intēdunt. Nā agere aliquos motus mēbrorū non deſeruiētes operi intēto: uel ꝓcedit ex inſipiētia mētis: uel ex elatiōe aīi uel ex aliquo alio uicio. ℭ Hiis uiſis reſtat exequi de tertio qđ ꝓponebat̄ in pricipio capituli: uidelicet qualiter ſe habere debeāt iuuenes circa ueſtimētū. Veſtimenta qdē ad tria uidētur ordinari: uidelicet ad delectationē: utilitatē & honorē. Omne.n.bonū: uel eſt delectabile: uel utile: uel honeſtū ſiue honorabile. Bonū eni honeſtū bonū honorabile dici pōt. Nā honeſtū idē eſt ꝙ honoris ſtatus. Si ergo ueſtimēta q̄runt̄ ꝓpter bonū delectabile: ſic q̄runt̄ delicata & mollia. Si ꝓpter utile: ſic q̄runt̄ calida ad repellēdum frigus tēpore yemali: uel non calida tēpore æſtiuo. Si uero quæratur ꝓpter bonū honorabile: ſic q̄runt̄ pulchra & decora. Indecēs eſt aūt nimis ſolicitari circa mollicié ueſtiū & circa delectationē in ipſis. Nā ex hoc effiCit̄ qs intēperatus & timidus: de leui eni qs ad laſciuiā & ad mollicié carnis prorūpit: ſi nimis delectet̄ in mollicie ueſtium: & circa delectationē in ipis. Vident̄ eni tales eē mulierbres magis q̄ uiriles quare nō ſunt cōſtantes ſed molles: & de facili in laſciuiā prorumpunt. ℭ Secūdo nimia mollicies ueſtiū reddit hoīem timidū. Nā cū arma ferrea in ſe quādā duricié hñt qui ſemp ſolicitātur circa mollia ueſtimenta: dubitāt arma arripere & efficiunt̄ timidi. Iuuenes maxime cū ad aliā ætatē uenerint ad hoc ꝙ ſint abiles ad uacādū circa labores bellicos: ne abhorreāt arma iſtruendi ſunt ut nō nimis delectent̄ in mollicie ueſtiū. ℭ Dicto qūo ſe habere debeāt iuuenes in ueſtibus ut deſeruiūt ad delectationē. Reſtat oſtendere qūo ſe hēre debeāt circa ipſa ut deſeruiūt ad utilitatē. Quod uidere hñt diſtinguendo inter cōplexiones tēpora & ætates. Nā hñtes cōplexiones magis depræſſas & minus poroſas nō ſic lædūtur a calore & frigore: ſicut hñtes cōplexiones raras. Vnde & mulieres qa ſunt magis flegmaticæ & hñtes cōplexionē depſſam & minus poroſam: quod patet ex carentia pilorū: minus offendūtur a calore & frigore q̄ uiri. Sic etiā diſtinguendū eſt īter tēpora. Nā temporib⁹ frigidis & flante borea utendū eſt aliis indumentis q̄ temporibus calidis flante auſtro. Diſtinguendū eſt inter ætates: qa ſenilis ætas eo ꝙ magis caret calore natuali intrī ſeco: magis indiget de calore exteriori: ueſtimenta igit̄ conſiderata ꝓprietate tēpoꝝ cōplexionū & ætatū diuerſificanda ſunt ut deſeruiūt ad bonū utile. Sed ut deſeruiūt ad bonū honorabile: attendenda eſt conſuetudo patriæ & cōditio pſonaꝝ. Sic igit̄ inſtruēdi ſunt iuuenes circa ueſtitū ut nō nimis ſolici ti ſint circa mollicié ueſtiū cōſiderata conditione tpis conditionis & ætatis prout reqrit conſuetudo patriæ & conditio pſonaꝝ: utātur debitis indumentis ad utilitatē corporis.

ℭ Quod in ætate iuuenili maxime cauenda ſit praua ſocietas. Capitulum.xiiii.

NON ſufficit ſcire qualiter iuuenes ſe hēre debeāt circa ludos geſtus & ueſtitū niſi ſciuerint cū qb⁹ ſociis debeāt conuerſari. Quātū aūt ad pſens ſpectat: quattuor uident̄ ineſſe ipſis iuuenibus ex qbus q̄ttuor rationes ſumi poſſunt ꝙ maxime in iuuenili ætate fugiēda ſit puerorū ſo

cietas. Iuuenes enim primo ſunt molles & ductiles. Secũdo ſũt paſſionũ inſecutores & proni ad malũ. Tertio ſunt nimis amatores ſocietatum. Quarto ſunt nimis creditiui.

¶ Prima ergo uia ad oſtendendũ malũ maxie cõpetere iuuenibus fugere ſocietatẽ prauã: ſumit̃ ex eo: ꝙ iuuenes ſũt nimis molles & ductiles. Anima enĩ ut plurimũ ſeqtur cõplexiones corporis nã qa nr̃a cognitio incipit a ſenſu: & ſenſibilia ſunt nobis magis nota. ideo ut plurimũ homines ſequũt̃ appetitũ ſenſitiuũ. Appetitus aũt ſenſitiuus ẽ uirtꝰ organica ſiue corporalis. quare oportet talẽ appetitũ ſumer̃ modũ & mẽſurã ex ipſo corpore. In illa ergo ætate ĩ q̃ quis habet corpꝰ molle & magis ductile: eſt magis mollis & magis ductilis ſcḋm appetitum. quare cũ mollia & ductilia facilius recipiant impreſſionẽ ex hiis ex qbus cõiungunt̃. q̃ dura. Pueri & iuuenes qa ſunt magis molles & ductiles: q̃ adulti. facilius imprimunt̃ eis mores ſocioꝝ in ætate iuuenili q̃ in alia. maxime ergo tũc prohibendi ſunt a ſocietate praua. ¶ Secũda uia ad inueſtigandũ hoc idẽ: ſumit̃ ex eo ꝙ iuuenilis ætas maxime eſt prona ad malũ & inſecutiua paſſionum. Nam de facili quis ĩducitur ad illud: ad quod eſt pronus. Si ergo iuuenes ſũt proni ad malum: ut patuit cũ determinauimus de moribus iuuenum. maxie ĩ iuuẽili ætate cauẽdũ ẽ a ſocietate praua.

¶ Tertia uia ad probandũ hoc idem ſumitur ex eo ꝙ iuuenes ſũt nimis amatores amicitiæ. Nam ut dicitur ſecundo rethorico. Iuuenes ſunt amici & amatores ſodaliũ magis q̃ aliarũ ætatum. quia gaudẽt in cõuiuendo. Si enim illa ætas maxime delectabilia pſequtur: cũ ualde delectabile ſit cõuiuere amicis: Aetas illa gaudet cõuiuere ĩ ſocietate & amicari ſodalibꝰ. In iuuenili ergo ætate maxime cohibendi ſunt iuuenes a ſocietate praua: qa tunc maxime ſe cõformãt moribus ſocioꝝ: eo ꝙ maxĩe diligãt in ſocietate uiuere. Delectatio enim ex cõiunctione cõuenientis cũ cõuenienti. Nullus ergo gaudet in ſocietate uiuere niſi gaudeat de ſociis conformare.

¶ Quarta uia ſumitur ex eo ꝙ iuuenes ſũt nimis creditiui: delectationes enim ſenſibiles illicitæ: licet ſimpliciter ſint prauæ & fugiendæ poſſunt tamẽ eſſe bonæ ſcḋm apparẽtiã. Iuuenes ergo qa de facili credũt: & nõ habẽt perfectum rationis uſum: de facili inducuntur a ſociis: & de facili perſuadetur eis ut credant bona ſenſibilia eſſe ſequenda.

## ¶ Qualis cura gerẽda ſit de pueris a principio natiuitatis uſq; ad ſeptẽ annos. Ca. xv.

QVIA ſermones particulares ualde uidẽtur eſſe proficui morali negocio ideo particulariter deſcendendo ad diuerſa tempora: oſtendemus qualis cura circa filios ſit gerenda. Primo enim declarabimꝰ qualis cura habenda ſit de filiis uſq; ad ſeptem annos. Secundo qualis a ſeptimo uſq; ad decimũquartum annum. Poſtea a decimoquarto & deinceps. ¶ Tangit autẽ philoſophus ſeptimo polit. ſex circa ipſos pueros quæ ſeruãda ſunt in ætate primitiua. Primũ eſt quia ad ſeptimum debẽt paſci mollibus: ita tamẽ ꝙ a principio ſunt alẽdi lacte. Secundo quia ſunt prohibendi a uino. Tertio ſunt aſſueſcẽdi ad frigora. Quarto ſunt aſſueſcẽdi ad conueniẽtes tempatos motus: ꝙ in omni ætate uidetur eſſe proficuum. Quinto ſunt recreandi per debitos ludos: & ſunt eis recitandæ aliquæ hyſtoriæ & aliquæ fabulæ. in quibus recreẽtur. & hoc maxime cum incipiunt percipere ſignificationes uerborũ. Sexto a ploratu ſunt cohibendi. Iuuenes ergo uſq; ad ſeptennium alẽdi ſunt mollibus ita tamẽ quod & principio maxime alẽdi ſunt lacte. unde & phũs. 7. politi. ait: ꝙ humidum lactis maxime uidetur eſſe familiare corporibus puerorum. In illa ergo ætate tenera uſq; quo ſunt circa. 7. annos alẽdi ſunt mollibus & humidis qa talia faciliter patiuntur & faciliter cõuertũtur in nutrimentũ. Obſeruandũ eſt tamen in iuuenibus: cum alunt̃ lacte cum ſi cõtingat eos ſuggere aliud lac q̃ maternũ: quæ uerẽda eſt

fœmina ſimilis matri quātū ad cōplexionē eo ꝙ lac maternū maxime uidet̃ eſſe ꝓportionatū ꝓprio filio. ℭ Secundo pueri ſunt prohibēdi a uino: & maxime illo tempore quo lac ſumūt: & hoc ſecundū phūm ꝓpter ægritudines. De facili enī ægrotantur pueri: & efficiūtur male diſpoſiti in corpore: ſi tēpore quo ut plurimum paſcunt̃ lacte: aſſueſcant bibere uinū. ymo dicūt aliqui ꝙ ſi eo tempore ad uinū aſſueſcāt diſponūtur ad leprā. ℭ Tertio pueri ſunt aſſueſcēdi ad frigora: unde phūs. 7. polit. ait ꝙ mox expedit cū ſueſcere pueris paruis ad frigora. Aſſueſcere enī pueros ad frigora utile ē ad duo. Primo ad ſanitatē: unde idē phūs ait ꝙ exercitū ad frigora facit bonā habitudinē in pueris propter caliditatē exiſtentē in ipſis. Secūdo exercitū ad frigora paruis pueris utile ē ad bellicas actiones. Nā frigus mēbra cōſolidat & conſtringit: ita ꝙ cū peruenererūt ad ætatē debitam aptiores ſunt ad opera bellica: ſi a pueritia ſint aliqualiter exercitati ad frigora unde idem philoſophus ait ꝙ apud aliquas barbaras nationes cōſuetudo eſt in fluminibus frigidis: balneare filios: ut eos fortiores reddant. ℭ Attendendum eſt tamē: ꝙ dicimus pueros paruos aſſueſcendos eſſe ad hoc uel ad illud: intelligēdū eſt moderate & gradatim & ut requirit conditio perſonarum. ℭ Quarto pueri ſunt aſſueſcēdi ad conueniētes motus & temperatos. Nā ſecundum phūm: motus temperat⁹ in pueris quattuor bona facit. Primo quia reddit corpora magis ſana. Moderatū enim exercitium in quacunq; ætate uidetur ad ſanitatem proficere. ℭ Secundo quia reddit corpora agilia. Si enī a principio aſſueſcant pueri ad aliquales motus: ſunt agiliores ſecūdum corpus & uitāt inertiā. Nā niſi ad aliquales motus aſſueſcāt fiunt graues pigri & inertes. ℭ Tertio facit ad augmentū. Nā eo ipſo: ꝙ temperatū exercitiū iuuat ad digeſtionē ipſam: & facit ad bonā diſpoſitionem corporis. Sequitur ꝙ ſit quoddam proficuū ad augmētum: Nam cum augmentum fiat ex ipſo alimento faciente corpus bene diſpoſitum: & ꝙ bene nutriatur & alatur ſunt proficua ad augmentū. ℭ Quarto moderatus motus mēbra conſolidat: quilibet enim in ſeipſo experitur: ꝙ ſi ſe moderate exercitet ad corporales labores: membra corporis eius ſolidātur & fiunt fortiora. Pueri ergo quia nimis habent tenera membra ad aliquos motus modicos & temperatos ſunt aſſueſcendi ut mēbra eorū ſolidētur: unde philoſophus. 6. & 7. poli. ait ꝙ expedit in pueris facere motus quoſcūq; & tantillos: ad ſolidandum membra & ad non defluere propter teneritudinē moderatū enim motum in pueris adeo laudat philoſophus: ut ab ipſo primordio natiuitatis dicat fienda eſſe aliqua inſtrumenta: in quibus pueri uertantur & moueantur.

ℭ Quinto recreādi ſunt pueri per aliquos ludos & per aliquas fabulas. Ludus enī moderatus competit pueris: quia in moderato ludo eſt moderatus motus: & per moderatum ludum uitatur inertia: & redduntur corpora agiliora. Sunt etiam pueris recitandæ aliquæ fabulæ uel aliquæ hiſtoriæ. Poſtquā incipiunt percipere ſignificationes uerborum. Vel etiam aliqui cantus honeſti ſunt eis cantandi. Nam ipſi nihil triſtes ſuſtinere poſſunt ideo bonum ē eos aſſueſcere ad aliquos moderatos ludos: & ad honeſtas aliquas & innocuas delectationes. ℭ Sexto ſunt cohibendi a ploratu. Nam cum pueri a ploratu cohibētur: ex ipſa prohibitione fit: ut retineant ſpiritum & anhelitum: nam ſicut cum plorare permittuntur emittunt ſpiritum & anhelitum. Sic cum plorare cohibentur ſpiritum & anhelitum tenēt. Detinere autem ſpiritum & anhelitum ſecundum philoſophum ſeptimo politicorum facit ad robur corporis. Vt ergo pueri: robuſtiores fiant: ſunt a ploratu illo cohibendi.

ℭ Qualis cura habenda eſt de filiis: a ſeptimo anno uſq; ad decimum quartum annum. Capitulum. xvii

gregatᷣ. ¶ Sūt. n. ut patet ex habitis tres pri
cipatus bōi: & tres puerſi. Dicebatᷣ āt ꝙ ſi do
minatur unus propter bonum commune
eſt principatus rectus: & uocatᷣ regnum. Si
uero propter bonū proprium eſt peruerſus
& uocatur tirannides. Si uero principentur
pauci & dominantᷣ quia boni & uirtuoſi eſt
rectus

rectus principatus & uocat aristrocatia ſiue
principatus bonorũ. Si uero dominent nõ
qa boni: ſed quia diuites eſt peruerſus & uo
catur obligartia. Sed ſi dominat totus po/
pulus & intendat bonũ omnium iam in ſi/
gnũ q̃ aliorũ eſt principatus rectus & uoca/
tur regimẽ populi. Si uero populus tiranni
zet & intendat opprimere diuites eſt princi
patus corruptus & uocat deocratia qd ideȝ
eſt ꝙ quaſi puerſio & corruptio populi: tirã
nides uero corruptus principatus diuitũ &
iniquũ dominiũ populi ſunt regimina per/
uerſa. Tirãnides uero eſt peruerſior princi/
patus: quia ut probat phũs.5.poli.quicquid
peruerſitatis eſt aliquo principatu diuitũ: &
in peruerſo dominio populi totũ congrega
tur in tirannidẽ: quod ſic patet: nam diuites
ſi iniqui dominari cupiãt quantum ad præ/
ſens ſpectat tria intendũt uidelicet pecuniã
corporales delicias: & cuſtodiam corporis.
Intendunt.n. pecuniam quia quilibet prin/
cipans intendit augmentũ illius ſcdm quod
ſe prĩcipari uidet. Si ergo aliquis principat:
quia bonus & uirtuoſus ſemper intendit ad
opera magis bona & ad uirtutẽ ut efficiatur
melior & uirtuoſior: ſed ſi principat quia di
ues ut magis prĩcipari poſſit intendit augmẽ
tum diuitiarum & congregationem pecu/
niæ: quare ſi diuites inique dominãtes nõ
principant quia boni: ſed quia diuites tota
eorũ intentio erit circa pecuniam congregã
dã. ¶ Rurſus diuites inique principantes
intendunt delitias corporales & hẽre uolup
tates ſenſibiles: nã ſi quis uult aliquid: uult
& ea multo magis ad quæ illud ordinat ut ſi
quis uellet potionẽ: multo magis ſanitatem
uellet: ad quam potio ordinat. Cũ ergo ho
mines cõmuniter & maxime habẽtes uolũ/
tatẽ peruerſam ordinent pecuniam & diuiti
as ad delectamenta corporea: & ad uolupta
tes ſenſibiles ſequit ꝙ diuites inique domi
nantes & intendentes non cõe bonum: ſed
pecuniã: intendere corporales delectatiões.
¶ Tertio diuites ſic principantes maxie ſo/
licitant circa cuſtodiam corporis: nam nul/
lus ſpreto cõmuni bono intẽdit ad pecuni/
am & uoluntates corporis: niſi in multis of
fendat populũ: nã talis ut pecuniam habeat
deprædat ciues: ut uero uoluptatibus fruat
forefacit & infert cõtumeliã ciuibus q̃tũ ad
uxores & filias. Videt ergo ſe eẽ odioſuȝ po
pulo ideo nõ credit ſe multitudini: ſed ſemp
dubitans de furia populi maxie ſollicitat cir
ca cuſtodiam corporis. ¶ Omnia auteȝ hu
iuſmõi mala reperta in peruerſo princidatu
diuitum congregant in tirannidem iſtam.
Nam tirannus ut ſupra dicebat non inten
dit bonũ cõmune: ſed pecuniam. Rurſus ut
ſupra dicebatur non intendit bonum hono
rificum: ſed delectabile. ¶ Tertio tirannus
maxime delectat circa cuſtodiam corporis
eo ꝙ uideat ſe plurimos offendiſſe. Legitur
.n. de quodam tiranno ꝙ cum a fratre ſuo
quotidie increparet: quare ipe ſemp triſtis
exiſteret: & quare nũquã hilarẽ uultum oñ
deret tirannus ille uolens reddere cãm quæ
ſiti eũ expoliari fecit & ligari: & ſupra caput
eius acutiſſimum gladium pendentẽ tenuiſ
ſimo filo apponi fecit: circa ipſum ꝙ hoies
cũ baliſtis ſagittis appoſitis ſtare faciebat:
& cũ frater eius timore horribili inuaderet
timens ab actu gladio uulnerari: & a baliſtis
perfodi ait tirannus gaude frater hilarẽ oñ
de multum. Reſpondente illo ꝙ non poſſet
ꝓpter iminentia pericula: inquit tirannus ꝙ
nec ipſe gaudere poterat eo ꝙ in maiori pe
riculo exiſtebat qa ĩ tot forefecerat ꝙ ſemp
ſibi de morte dubitabat. Valde ergo cauere
expedit regi ne conuertat in tirannũ. nã ti
ranni cũ hoc ꝙ perdunt æternam uitam in
hac temporali uita uix unã diem bonam ha
bent eo ꝙ ſemper uideãt pericula iminere.
Rurſus pecuniã non tantum habent tiran
ni quãtum ueri reges: tum quia oportet eos
multa expendere ſuperuacue: tum etiã quia
ueris regibus plus donat ex amore q̃ tiran
nis proueniat ex prædatiõe populi. Experti
.n. ſumus tirannizantes plus uixiſſe in ege

ſtare q̄ alios ueros reges. Delectamenta etiā corporea nō tot habēt tiranni quot ueri reges, nā habere amicos & diligi a populo eſt maxīe delectabile: nō cōſidere de aliquo & credere ſe odioſum eē multitudini eſt maxime triſtabile. Priuat ergo tirānus a maxima delectatione cum uideat ſe eē populis odioſum. ℭ Viſo tirannidem cauēdam eē quia mala: iniqui principatus diuitū congregantur in ea. Reſtat uidere eſſe eam cauendā eo ꝙ etiam in ipa congregantur mala peruerſi principatus populi. Cum.n. populus principat peruerſe non intendit quodlibet ſeruare in ſuo ſtatu: ſed ſatagit opprieṝ nobiles & inſignes. Hoc etiā tirannus facit quia ut patet ex habitis ipſe ꝓ uiribus nititur opprimere excellentes & pimere diuites & inſignes. ſumme ergo eſt cauenda tirānides a rege in quā tot mala congregantur.

ℭ Quod ſumme expedit regibus & principibus recte gubernaṝ populum & cauere ne tirannizet quia multis de cauſis contingit ſubditos inſidiare tirannis. Ca. xiii.

QVONIAM hunc librum compoſuimus propter eruditionē regum & principum ut recte & debite gubernent populum ſibi commiſſum. cum deuiare a recto regimine ſit tirannizare & iniuriari ſubditis & non intēdere gommune bonum: licet plutibus uiis oſtenderimus per iā dicta deteſtabile & periculoſum eē regiæ maieſtati tirānizare & non recte cubernare populum: non piget adhuc nouas uias adducere ad oſtendendum hoc idē. Volumus autē declarare in hoc capitulo ꝙ quia multis de cauſis ſubditi inſidiantur tirannis & quia ualde eſt periculoſa uia tirannica & deuiatio a recto regimine. Ideo reges cura peruigili ſtudere debent ne delinquentes rectum gubernaculum tirānizent. Narrat autem phūs. 5. poli. 7. cauſas quare ſubditi tirānis inſidiantur. ℭ Prima eſt propter timorem nā multi puſillanimes exiſtentes cum nimis timēt & non credunt ſe poſſe euadere quaſi deſperantes inuadunt alios: & efficiuntur probi. Vnde & prouerbialiter dicit ꝙ nimis fugātimidum ui compellit eſſe audacem. Sic etiam & alia animalia quaſi cōmuniter timent hominem & niſi crederēt ſe ledi ab eo ratio aut nūquam inuaderent ipſum. Beſtiæ ergo ut plurimum timore compulſæ inſidiantur homini & inuadunt eum. Hoc ergo modo multotiens ſubditi inſidiantur tirāno & perimunt ipſum tirannum timentes ſe offendi ab eo. ℭ Secunda cauſa propter quā ſubditi tiranno inſidiant eſt iniuria quam paſſi ſunt ab ipo: naturale eſt ergo deſiderare uindictā propter quod omerus dicebat irā dulciorē eē melle quia eſt appetitus penæ in uindictā. Quia ergo ſic eſt delectabile uindictā expoſcere multi inſidiant tiranno: & ꝓpter uehæmētem iram aliquando inuadunt ipm uolentes latas iniurias uindicare. ℭ Tertio inſidiant aliqui tiranno & aliquando perimunt ipm quia ut plurimū tirāni faciunt ea per quæ ſe cōtemnibibiles reddūt nā cū nō quærant bonū cōmune: ſed delectatōes corporis: ut plurimū non ſunt ſobrii: ſed guloſi uel nō ſunt caſti: ſed dant operā uenereis & qa hoc agentes ſe contēnibiles reddunt de facili inuadunt. Exemplum bonum recitat phūs. 5. poli. habemus in ſardinia polo. & dio. ſardinapolus uero ſpræto cōi bono totū ſe dedit uenereis. Quidā uero dux cōtēnēs eū eo ꝙ uitā pecudū elegiſſet inuaſit & pemit ipm. Sic etiā dio. tirānizās & curās magis de gula q̄ de bono cōmuni contemnebat a ſubditis eo ꝙ quaſi ſemper eēt ebrius. Quidā erga nomine dion uidens ipm quaſi ſemper eē ebrium ꝓpter deſpectionē inſurrexit in ipm. ℭ Quarto hoc fieri cōtingit ꝓpter honorē aut propter lucrum adipiſcēdum: nā cum honor & gloria inter bona exteriora ſit bonū maximū multi uidentes tirannū non quærere niſi honorē & gloriā propriā & non honorare ſubditos & nō quærere cōmune bonū uolētes adipiſci honorē & gloriam quā conſpiciunt in tirāno: inuadunt

inuadunt eũ & perimunt ipm: Sic etiã quia multi reputant pecuniam eẽ maximũ bonũ uidentes tirannum non intẽdere niſi ad lucrum ꝓprium: & ad cõgregandam pecuniã inuadunt ipm & accipiunt theſauros eius. Vnde dicitur.5.poli.ꝙ quidam tirannos inuadunt uidẽtes lucra magna & honores magnos exiſtẽtes in ipis. ¶ Quito fiũt iſidiæ tirannis ab aliquibus nõ ut poſſideant monarchiam: ſed ut uideanť facere actiones aliquas ſingulares. Volunt.n.aliqui eſſe in aliquo nomine uel in aliqua fama. Ideo ut nominenť faciunt aliquid mirabile & aliqđ ſingulare factũ & quia inſurgere contra tirannũ reputant populi ualde ſtupendum. Ideo contra ipm inſurgunt. Sed tales qui ꝓpter hanc cauſam facientes impetum in tirannũ ut ait phũs ſũt pauciſſimi numero: ſupponi enim oportet eos nihil curare ut ſaluentur. ¶ Sexto contingit aliquos inſidiare tirãnis & perimere ipſos ut liberent patriã ab oppſſione eorũ. His ergo de cauſis fiunt inſidiæ contra tirannũ. Ne ergo fiant inſidiæ cõtra regiã maieſtatẽ & ne rex ſemper dubitet ne perimať a ſubditis: ſumma diligentia cauere debet ne conuertanť in tirannum. nam ſi non iniuriať ſubditis: eſt continens & ſobrius & non eligit uitã beſtialẽ & contemptibilẽ honorat inſignes & alios exiſtentes in regno ut requirit eorũ ſtatus: non depauperet nec opprimat eos: & in omnibus ſe hẽt non ut tirannus: ſed ut uerus rex: inducit oẽs exiſtentes in regno ad amorẽ ei⁹ & tollit ab eis oẽm materiã & cauſam quare inſidieť ipſi. ¶ Qđ maxie rex cauere debet ne efficiať tirannus eo ꝙ pluribus modis corrumpať tirannides q̃ regius principatus. Ca.xiiii.

LICET ꝑ multa capitula ꝓcedẽtia iduxerim⁹ reges & pricipes ut nõ tirãnizẽt. ſed ut recte regãt populũ ſibi cõmiſſu; adhuc in hoc capitulo uolumus alias rationes adducere oſtendentes ꝙ ſi reges cupiant ſuum durare dominiũ ſummo opere ſtudere debent ne efficianť tirani eo ꝙ tirãnides & principatus ꝑuerſus p⁹ribus modis corrũpiť q̃ rectus & regius principatus. ¶ Narrat autẽ phũs .5. pollitícorũ tres modos corruptionis tirãnidis dicẽs tirannidem corrupti a ſe: a tirannide alio & a regno. Corrumpitur.n.tirannides a ſeipſa nã ut dicebatur ſupra malum ſeipſum corrũpit: & interdũ ſic importabile ſit. tirannides ergo ꝓpter ꝑuerſitates & nequitias quæ cõgreganť in ipſa corrumpitur & durare non põt. Ideo dicitur in poli.ꝙ tirannides quanto intenſior tãto minus durat. Iuſtitia enim urbanitates ſeruat quare cũ a iuſtitia recediť præparať uia ut corrumpať principatus ille. Pollicia ergo q̃to de ſe magis a iuſtitia recedit tanto ex ſe habet ut faciliuſ corrumpať. Reſtať ergo & principes ſi uolunt ſuũ durare dominiũ ſũme cauere debent ne a iuſtitia deuiantes in tirannidẽ conuertanť & ſi eos aliquomodo tirannizare contingat ſuã tirãnidẽ pro uiribus moderare debẽt quia quãto remiſſius tirannizabunt tanto durabilius principabuntur. ¶ Secundo tirannides corrumpitur ab alia tirannide contraria: nam licet bonum non contrarieť bono eo ꝙ bonũ ſit uno modo malum tamẽ poteſt cõtrariari malo eo ꝙ eſſe habet multipliciter. Cõtingit.n.uno modo percutere ſignum propter quod in hoc non eſt diuerſitas nec cõtrarietas: ſed cõtingit multipliciter deuiare ab ipo quare in deuiationibus contrarietas eſſe poteſt: ut ſi multum opponiť pauco: proiectio ultra ſignum contrariatur ꝓiectioni circa: & proiectio in dextrũ ꝓiectioni in ſiniſtræ. Sicut & in ꝓpoſito pricipatus rectus nõ cõtrariať recto principatui: ſed peruerſus peruerſo. Vna erga tirannides põt contrariari alii & corrumpere ipſam ut tirãnides populi cõtrariatur tirãnidi monarchiæ. & una monatchia tirannica contrariať alii. cũ aliquis monarchia uel aliquis unus princeps tirãnizet in populũ: gens illa oppræſſa non ualens ſuſtinere tirannidẽ principis inſurgit & tirannizat in ipſum eum perimẽs uel expellẽs to

tus ergo populus efficitur quaſi unus tirannus contra principē & tirānides populi corrumpit tirannidē monarchiam. Sic & una tirannides monarchia corrumpit aliā: quia multotiens unus monarchia tirānus īſurgit in aliū ut obtineat principatum eius. Debēt ergo cauere reges & principes ne tirannizēt cū tot modis diſſoluatur tirannicus principatus. ℭ Tertio diſſoluit̃ tirannides nō ſolum propter ſeipſam uel propter tirannidē aliā. Sed etiam propter regnum nam nō ſolum malum contrariatur malo. Sed etiā bonum malo contrariat̃. Nō ſolū.n.tirannus tiranno obuiat. Sed ēt & rex ſi uiderit expedire tiranno ſe opponit. Tot ergo diſcriminib⁹ oppoſit⁹ ē tirān⁹. & tot modis hēt diſſolui eius principatus. Regium autem dominium non tot periculis exponit̃ nec tot modis habet diſſolui. nā licet tirannus ſatagat pro uiribus uerum regem opprimere nullus tamē uerus rex uero regi ſe opponit. nā nullus bonus & uirtuoſus inſequit̃ alios bonos & uirtuoſos: ſed eos pro poſſe ſaluat & ꝓmouet eo.n.ipſo ꝙ aliquis bonis & uirtuoſis ſe opponeret: deficeret eē bonus & uirtuoſus. Decet ergo regiam maieſtatem ſummo ſtudio cauere tirannidem ne prædictis periculis exponatur.

ℭ Quæ ſunt quæ ſoluant dominium regium: & quot oporteat regem facere ut ſe in ſuo principatu conſeruet. Ca.xv.

tANGIT aūt phūs.5.poli.10. quæ polliciā ſoluāt & q̄ oportet facere regē ad hoc ut ſe i ſuo prīcipatu ꝓſeruet. ℭ Primo eſt nō permittere in ſuo regno tranſgeſſiones modicas: nā multæ modicæ tranſgreſſiones ut ait phūs æquāt̃ uni magnæ. ſicut multæ paruæ expēſæ æqualēt uni magno ſumptui. Paruæ.n.tranſgreſſiones ſi multæ ſint diſponūt ad diſgreſſiones magnas. Nā qui minima negligit paulatim decidit in maiora. Principis ergo eſt obſtandū & ihibēdæ ſūt obliquitates ēt modicæ. ℭ Secundū præſeruās polliciam & regnū regiū eſt bene uti his qui ſunt in regno. Introducer. do eos ad aliquos principat⁹ honorando eos & non iniuriando eis. Nam ut innuit phūs in poli. bene uti ciuibus non ſolū præſeruat polliciā rectam: ſed etiam principatus ex hoc durabilior reddit̃. Dato ergo ꝙ in ipo ſit aliquid obliquitatis admixtum. ℭ Tertiū eſt incutere timorem hiis qui ſūt in pollicia. nā corruptiones longe ſcdm rē prope autē ſcdm timorem polliciam ſoluat ciues.n. magis ſunt ſubiecti principi & plus ei obediunt ſi ex timoribus corruptionē timeant. Guerra.n. exterius tollit ſeditiones intrinſecas & reddit ciues magis unanimes & concordes. ℭ Exemplū autē huiuſmodi habemus in romanis q poſtquā defecerunt exteriora bella intra ſeipos bellare cœperūt. Eſt āt hæc cautela utilis ſolum duobus principatibus ut principatui conſtituto ex hominibus aſſuetis ad bella: & principatui in quo qs prīcipari cœpit. hoīes.n. bellatores & aſſueti ad prœlia quibus nō fuit curæ de uirtutibus aliis niſi de fortitudīe ſcdm phūm .7. polliticorum aſſimilant̃ ferro quod dū eſt in cōtinuo exercitio claritateʒ hēt: ſed ſi diu remanet in officioſū rubiginem cōtrahit & ſic tales bellantes fiunt obediētes principi. Vocantes uero neſciunt debite ſe hr̄e: quare talibus ut debite ſe habeant ſēper incuciendi ſunt timores bellici & correctiōes extrinſecæ. ℭ Rurſ⁹ ſi qs ſup aliquos de nouo prīcipari cœpit quia cōtra talem principatū facilius inſurgit̃ ne ciues inſurgant in principē: & magis unanimiter obediant incotiendi ſunt illis tīores de extrinſecis ꝑiculis imminentibus: ſed ſi regnum diu in ſtatu perſtiterit & dn̄s ille ſit naturalis ita ꝙ quaſi nō ſit in memoria hominum ex quo ille & anteceſſores ſui obtinuerūt huiuſmodi principatum tanta cautela non magnā utilitatem habere uidet̃. ℭ Quartum autē ꝙ pollicia habere uidet̃: eſt cauere ſeditiones & cōtētiones nobilium: nam baronibus & hoc ponēdo eis leges qa legibus nō de facili cōtra dicitur

dicitur: ſunt enim in regno tales leges iſtitu endæ ut per eas ſedari poſint cōtētiones no bilium: nam baronibus diſſentiētibus fiunt ſeditiones i regno & p cōſequēs fit præpa ramētum ut diſſoluatur regius principatus.

℄ Quītū eſt diligenter aſpicere quomodo ſe habeāt quos maieſtas regia honorauit & promouit ad aliquā præpoſiturā uel ad ali quē principatum aut magiſtratū nihil adeo regnū conſeruat & polliciam ſaluat ſicut p ficere homīes bonos & uirtuoſos & cōferre eis dominia & principatus quare maxīe ſal uatiuū polliciæ. Eſt etiam regiam maieſtatē conſiderare diligēter quos præficit in aliqui bus magiſtratibus: & ſi bene ſe habuerint au gerē eorū dominia. Si male minuer̄ uel adeo male ſe habere poſſent ꝙ eſſēt totaliter a do minio remouēdi uel etiam capitali ſentētia condemnādi. ℄ Sextum ē nulli magnū do miniū conferre: nam magna dominia ex ni mia bonitate & fortitudine ut plurimū cor rumpit mentes hominum ut fiant tranſgreſ ſores iuſti. Eſt autē hæc cautela maxime uti lis ad homines de quibus rex certā & diutur nam experiētiam non accepit. Ideo potiſſi me obſeruādum eſt ne repente conſtituatur aliquis i maximo principatu. ℄ Septimum ſaluās regnū & polliciam eſt regem ſiue pri cipantē habere dilectionem & amorē ad bo nū regni & ad polliciam in qua principat. Quicūq; enim amat ſollicitatur & timet ne aliquod incōueniens accidat circa amatum. timor autem cōſiliatiuos facit ut dicitur. ii. rethoricorum ibi enim ē magna ſalus ubi & multa conſilia: quare ſi rex bonum regni di ligat ſaluabitur regnum: quia timens ne in regno aduerſa contingant adhibebit multa conſilia qualiter poſſit bona regni promo uere: & periculis imminentibus obuiare.

℄ Octauum ſaluans regnū & polliciam eſt habere ciuilem potētiam: nam ut dicitur in magnis moralibus iuſticia urbanitates con ſeruat. Sed iuſticia in regno conſeruari nō poteſt niſi per potentiam ciuilem puniātur trāſgreſſores iuſti. Debet enim rex aut prin ceps ſi uult ſeruare iuſticiā & uult punire trāſ greſſores iuſti habere multos exploratores & multos inquiſitores iueſtigantes facta ciui um & inquirētes unde ciues accipiunt quod expēdunt & quomodo poſſūt reddere ratio nem ſui uictus: nam qui huiuſmodi rationē nō poteſt reddere ſignum eſt ꝙ ex furto uel ex male ablato uiuat. Sic enim faciendo iſta poterit ſeruare iuſticiam & præſeruare re gnum a maleficiis & tranſgreſſoribus iuſti.

℄ Nonum iſt maxime ſaluans regnū eſſe re gem bonū & uirtuoſum: Nam ut dicitur. 5. pollitiꝭ maior uirtus requiritur in cuſtodia ci uitatis & regni q̄ in duce exercitus: Nam in duce exercitus requiritur potiſſime experien tia: Sed cuſtos ciuitatis & cuſtos regni totius oportet ꝙ ſit uirtuoſus & epyetes ideſt ſup iuſtus: decet enim talē eſſe quaſi ſemideum ut ſicut alios dignitate & potētia excellit: ſic eos bonitate ſuperet hoc enī maxime ſalua bit regnū & polliciā ſi rex ſit bonus & uirtuo ſus quia intendet bono regni & communi.

℄ Decimū enī ē regem nō ignorare qualis ſit illa pollicia ſcd̄m quā principatur & quæ eam poſſunt ſaluare & corrumpere talia autē maxime ſcire poterunt per experiētiā: nā cū quis diu expert⁹ eſt regni negocia de leui ar bitrari poterit qui bonum ſtatum regni cor rumpti & ſaluat. ℄ Decet ergo regē frequē ter meditari & habere memoriā præteritoꝝ quæ contigerunt in regno qūo iudicata fun dauit & quomodo tēporib⁹ retroactis meli us conſeruatus fuerit bonus ſtatus regni ut ſciat cognoſcere qualiter principari debeat & quæ cotrumpunt & ſaluāt regnum & gu bernationem regni quia his ignoratis recte regnum gubernare non poterit.

℄ Quæ ſunt cōſiliabilia & circa quæ opor tet conſilia adhibere. Capitulum. xvi.

d ICEBATVR ſupra q̄tuor cōſide rāda eſſe i regimine ciuitatis uideli cet pricipē. conſilium. prætoriū. & populū. poſtq̄ ergo auxiliante deo determi

nauimus de principe & distinxim⁹ quot ſũt genera pricipatus & qui illorũ recti & q illorum peruerſi & declarauimus regnũ eſſe optimũ principatum. & tirãnidem peſſimum mãifeſtauimus autẽ qđ ſit regis officium & quæ oporteat ipſũ facere ut recte regat populum ſibi cõmiſſum. probauim⁹ ꝙ decet multis uiis regem uigilem curam aſſumere ne cõuertatur in tirannum quantũ ſpectat ad præſẽs negocium ſufficienter tractauimus quæ circa principem ſũt dicẽda. Reſtat ergo de conſilio pertrãſire quæ tractanda ſunt circa ipſum. Sed cũ dicat phũs. iii. ethi. cõſiliabitur utiq̧ aliquis nõ pro quibus conſiliatur iſipiens: inſanus: ſed pro quibus ſapiẽs & itellectum habẽs. Ideo primo uidendũ eſt quæ ſũt conſiliatius. & circa quæ dẽnt fieri cõſilia ne tãquã ignorãtes cõſiliari uelim⁹ de q̄b⁹ nõ ſũt conſilia adhibẽda. ¶ Poſſum⁹ autẽ tangere ſex quantum ad præſens ſpectat quæ ſub cõſilio non cadũt. ¶ Primo eni q̄cũq̧ ſũt mutabilia conſilium noſtrũ ſubterfugiũt: nã iõ cõſiliãur ut reguleũr in actõib⁹ nr̃is & ut uitem⁹ mala & ut conſequamur bõa q̄ ergo uitari nõ pñt & q̄ mutatiõi nõ ſubiacẽt ſub cõſilio non cadũt. Ideo dicitur iii. ethi. ꝙ de eternis. i. de imutabilib⁹ nullus cõſiliatur. nullus enim quærit conſiliũ de diãetro ſi ẽ cõmẽſurabilis coſte uel de quocũq̧ imutabili: ¶ Secũdo etiam conſiliabilia non ſũt quæcũq̧ mobilia ſi ſemp uniformiter moueãtur. Nam quæ ſemp uniformiter mouẽtur ſcđm quod hmõi ſunt quandã neceſſitatem habẽt conſiliabilia autem non ſũt neceſſaria ſed contingẽtia. Ideo dicitur i ethi. ꝙ de his quæ ſẽper ſũt in motu & quæ ſẽper uniformiter mouentur: puta de uerſionibus ſolis & de ortibus ſiderũ nullus conſiliatur. ſidera enim licet moueãtur tamẽ quia ſemper ſũt in motu nec ꝓpter noſtra opera i mutari poſſũt eorũ curſus. Ideo circa talia non eſt conſilium ahibendum. Si autem circa talia cadit conſiliũ hoc non eſt ſcđm ſe ꝑ ut deſeruiunt actionibus noſtris ut qa aliqua humana opera cõgruẽti⁹ fiunt tempore calido. Aliqua uero tẽpore frigido curſus ſiderum quæ iducere habet ſcđm diuerſa tempora calorem & frigiditatem: non per ſe: ſed per accidens poteſt ſub conſilia cadere. ut ſciamus quo tempore quæ opera ſunt fiẽda. ¶ Tertio non ſũt cõſiliabilia & quæ fiũt frequenter ſi fiũt e natura. Ideo de imbribus q̄ ſemper fiũt tẽpore yemali & de caumatibus quæ ſæpe contigũt tempore eſtiuali non habet eſſe conſiliũ quia talia naturalia ſunt & non depẽdent ex operibus noſtris. Ideo de eis non conſiliamur niſi ut deſeruiunt operib⁹ noſtris. hoc ergo mõ ſicut & circa curſus ſiderũ & circa quæcunq̧ alia deſeruiẽtia humanis actibus: bene ergo dicit̃ i ethi. quod de ſiccitatibus & imbribus non eſt conſiliũ. ¶ Quarto non ſũt cõſiliabilia quæ etiã fiunt raro ſi ex fortuna contingãt nam qcũq̧ conſiliat̃ uult ex electione uel ex intentione aliquid adiſpici. quæ ergo præter intẽtionẽ eueniũt conſiliabilia eſſe non poſſũt. Ideo dicitur i ethi. non eſſe conſiliũ de his q̄ ſunt a fortũa puta de theſauri inuẽtione. ¶ Quĩto nõ ſũt conſiliabilia omnia humana opa: quia nõ cadũt ſub conſilio noſtro: opera illorũ homninũ quæ ꝓpter noſtra facta mutari non poſſunt. Ideo dicit̃ i ethi. ꝙ qualiter utiq̧ ſcite optime conuerſent̃: nullus lacædemoniorũ conſiliatur: nec etiam nulli gallici conſiliãtur qualiter optime uiuant Indii. cõſiliabilia ergo nõ ſũt imutabilia, nec uniformia ſemper. nec quæ ſũt a natura: nec quæ a fortuna: nec omnia humana cadũt ſub ſuo conſilio: ſed ſolum conſiliamur de his q̄ ſũt operabilia per nos: nam ut dicitur. 3. eth. ſinguli autẽ hominũ conſiliãtur de his operabibilibus quæ fieri poſſũt per ipſos: ¶ Sexto nõ ſũt conſiliabilia omnia q̄ p non fieri poſſũt: nam quæcunq̧ finaliter p opera noſtra adiſpiſci intẽdimus ſub conſilio non cadũt. nam conſiliũ non ẽ de fine ſed de his q̄ ſũt ad finem. oportet eni i conſilio præſuppõere finaliter itẽtũ & nõ conſiliari de ipſo. ſed

de his

de his p que conſequi poſſumus illud. Medicus enim qa finaliter intēdit ſanitatē nō cōſiliatur utrum debeat ſanare ægrū: ſed hoc accipit tāq̄ certum & notum ægrū ſanādum eē & cōſiliatur de uiis p quas facilius & melius ſanetur: ſic rector ciuitatis & regni nō cōſiliātur utrū ciues inter ſe pacē debeant habere & utrum regnū oporteat eſſe in bono ſtatu ſed hoc accipit tanq̄ certa & nota & cōſiliat̄ quomodo meli⁹ fieri poſſint. Sūt ergo cōſiliabilia quæ depēdēt ex operib⁹ noſtris & nō ſūt finaliter ītēta, nec ſe habent ut finis: ſed ut ea quæ ſunt ad finem.

¶ Quid eſt conſilium & qualiter conſilia ſunt fienda. Capitulum. xvii.

eST autē omne conſiliū q̄dā quæſtio qa ut dicitur. 6. ethi. conſilians aūt ſiue bene ſiue male conſiliet̄: quærit aliquid & ratiociat̄ ꝑpter quod qcū ꝙ conſiliat̄ quærit non tñ econuerſo. nā ut dicit̄. iii. ethi. licet omne conſiliū ſit quæſtio non tamē omnis quæſtio eſt cōſiliū. Si enī cōſiliabilia ſūt ſolū quæ depēdēt ex operib⁹ noſtris conſiliū erit q̄ſtio non de qbuſcūq; ſed ſolū de agibilib⁹ humanis: poſſunt autē circa ſpeculabilia & circa naturas rerū & circa æterna fieri q̄ſtiōes multæ. ſ; hmōi q̄ſtiones cōſilia dici nō debēt. ¶ Viſo qdē cōſiliū qa ē q̄ſtio agibiliū humanoꝝ reſtat uidere q̄liter ē conſiliādū & quē modū ī conſilis hr̄e debem⁹. Sūt aūt quātum ad præſēs ſpectat ſex obſeruāda ut ſciamus qualiter ſit cōſiliādum. ¶ Prīum ē quia quāto aliquid eſt magis determinatū tāto minori eget cōſilio Immo ſi omnino determiatū eſſet nulli egeret conſilio. Ideo quarto ethi. q̄d circa certas operationes diſciplinarum nō ē conſilium: puta de litteris. non enim conſiliat̄ ſcriptor niſi ſit omnino ignorās qualiter debeat ſcribere litteras quia hoc ſufficienter determinatum eſt p artē ſcribēdi. ¶ De his ergo ſunt conſilia quæ poſſunt fieri per nos & nō ſūt omnino certa & determiata qualiter fieri debeāt. Ideo dubitam⁹ & conſiliamur circa ipa

Eſt ergo unus modus in conſiliis addibēdus ꝙ quādo aliquod factum regni proponitur quanto pluribus modis fieri poteſt & quāto minus habet certas & determinatas uias tāto p plus tp̄us eſt cōſiliādū ut de illis uiis facilior & melior eligatur. ¶ Secūdo eſt in cōſiliis attendendū & cōſiliemur de quibuſcūque minimis ſed de magnis dicebatur enim ſupra ꝙ timor cōſiliatiuos facit: q̄ ergo cōſiliatur uidet̄ timere & dubitare ne aliquo infortunio cōtinnente deficiat a cōſecutione optati boni: uel incurrat aliquod damnum. uel aliquod aliud malum. Quæ ergo ſunt ualde modica ut quæ ſunt apta nata efficere paruū bonū uel proibere modicum malū nō ſunt conſiliabilia: eſt ergo modus attēdēdus in cōſiliis ut de magnis cōſiliet̄ negotiis. ¶ Tertio cum conſiliari uolum⁹ debem⁹ alios aſſumere nobiſcum inter quos conferamus de negotiis fiendis: nam licet homo inter ſe ipſum poſſit inuenire uias & modos ad alq̄d peragendū attamē imprudēs eſt qui ſolo ſuo capiti innititur. & renuit aliorum audire ſententias. Magnæ enim prudentiæ eſt in cōſiliis hunc habere modum: ut cum aliis conferamus quid agendum quod ex duobus patet. nā conſilia ut dictum eſt debēt de rebus magnis. In talibus autem nullus debet omnino ſibi credere & proprio ſenſu inniti: ſed debet alios ad ſe uocar̄ ſciens ꝙ plura cognoſcere poſſunt multi q̄ unus. Ideo dicitur. iii. eth. conſiliatores aſſumimus in magna diſcredētes nobis ipſis uelut non ſufficientibus dinoſcere. ¶ Rurſus hoc idē patet ex eo ꝙ cōſilium ē circa agibilia particularia ī quibus multum ualet experiētia. nam in talibus ut dicitur primo metha. plus proficit expertus quā artifex quare cum plures plura experti ſint q̄ unus ſolus: decet ad hmōi negocia alios adnotare ut per eorū cōſiliū poſſit eligi uia melior quales autē eſſe debeant conſiliarii adnotādi in proſequendo patebit. ¶ Quarto ē ī cōſiliis attendendum ut ſecreta habeant̄ quæ ibi dicuntur: nā multa negocia diſturbā

tur ex reuelatione conſiliorũ. Inde forte cõ- ſilium nomẽ accepit. Dicunt enim aliqui ꝙ conſilium quaſi idẽ eſt ꝙ deſidium: dictũ ẽ autem conſiliũ: quia plures ſimul concedere debẽt: ſed forte meli⁹ dicere poſſumus ꝙ cõ ſilium dictum ſit a con & ſileo ut illud dicat̃ eſſe conſilium quia ſimul aliqui plures ſilent & tacẽt. Nam maxime eſt hoc in conſiliis attẽ dẽdum. & maxime in conſiliis ubi tractatur negocia cõmunia & facta regni: ut unuſquiſq; conſiliari⁹ adiecta dilectione priuati bõi. ſo lum aſpiciat ad cõmunẽ ꝓfectum: & ut reg ni profectus impediri nõ poſſit: ſecreta tene re debet quæ ibi ſũt tradita. Hoc eni fuit ꝙ apud romanã rem publicam exaltauit fideli tas conſiliãtiũ: quibus quicqd per conſilium in eorũ auribus dicebatur adeo ſecretũ erat ac ſi non audiſſet illud. Vnde ualerius maxi m⁹ ſcđo libro de factis memorabilib⁹ captu lo de inſtitutis antiquis cõmẽdans romãos conſiliatores ait. ꝙ fidũ & altũ erat ſecretũ conſiſtoriũ reipublice ſilẽtiq; ſalubritate mu nitũ cuius limẽ intrantes abiecta priuata di- lectione ita dilectionẽ publicã induebant ut non dicam unum ſed neminẽ audiſſe credeṙ ꝙ tam multorum auribus fuerat cõmiſſum.

¶ Quinto ẽ in conſiliis attendẽdum ut ñ loquantur ibi placẽtia ſed uera. Adulatores enim dum principi placere ſtudent uera ſilẽ tes & placita promulgantes exponunt peri- culo totum principatum uel totum regnũ. Inde eſt ergo ꝙ quidã ſapiẽs Ariſtodes no mine dicebat cõſiliarios duo in ſe habere de bere ꝙ nec eſſẽt plani.i. mãifeſti & propala tores conſiliorum: nec eſſent placẽtes ut qđ eſſẽt adulatores plus curantes loqui placen- tia q̃ uera. Sic etiam ut recitat phũs. ii. reth. quidam poeta nomine alexãder. Vidẽs pri amum in conſiliis eſſe ſecretarium & ueracẽ comẽdans eum dicebat iſte eſt qui cõſulit ac ſi diceret ꝙ alii reſpectu eius conſialiatores dici non debent ſed magis forte adulatores.

¶ Sexto eſt in conſilis attẽdendũ ut diu cõ ſiliemus: & ſi aſſit oportũitas cito i opere ex equamur. nam cum adeſt oportũitas operã di & ſi recte uolumus & nõ illud facim⁹ hoc ẽ quia ignoramus an expediat illud fieri. be ne ergo ſe hab; diligẽter quodlibet negociũ diſcuteṙ arduũ an utile ſit illud faceṙ. ſ; poſt quã per diuturnũ conſiliũ eſt recte cognitũ quid fiendum ſi aſſit operãdi facultas prom te operari debemus. bene ergo dictũ eſt qđ ſcribitur. 6. ethi ꝙ conſiliamur multo tempo re: operamur autem prõtep & ꝙ oportet cõ ſiliari tarde ſed facere conſiliata uelociter.

¶ Quales conſiliarios aſſumere deceat re- giam maieſtatem. Capitulum. xviii.

O MNIA aũtẽ q̃ habere d bet bene perſuadẽs & bene creditiuus apoa rẽter expedit ut habeat bonos cõ- ſiliarios exiſtẽter: Nam ex hoc aliquis pſua- det i conſiliis & creditur dictis eius. quia ex timatur bõus cõſiliarius eſſe ad pſuadendũ. Sed ad hoc ꝙ aliquis ſit bene creditiuus nõ oportet ipſum eſſe exiſtenter talem: ſed ſuf ficit ꝙ uideatur uel appareat talis eſſe: nam homo iudicat quæ foris patent & ex apparẽ tib⁹. Ideo fit ſufficiẽter homini fides & red- diṫ ei aliquis creditiuus ſi extimet illũ bonũ cõſiliatorẽ eſſe: ſed ad hoc ꝙ bonus cõſilia- tor exiſtat: nõ ſufficit ꝙ ſit apparẽter talis re- quiṙ exiſtẽter talẽ eſſe. bene igiṫ dictum eſt ꝙ q̃cunq; bene perſuadens habet apparẽter bonus conſiliator exiſtenter habere debet. Quare ſi ſcire uolumus quales conſiliarios habere deceat regiã maieſtatẽ & q̃ & quot ſũt ĩcõſiliis requirenda: ſcire expedit quot modis perſuadetur hominib⁹ uel quot mo dis fit eis fides & inclinãtur ad credẽdũ ſer mones audi:os: hæc aũt ſũt tria ſcđm ꝙ i om ni locutione tria ſũt cõſiderãda uidelicet di cẽtẽ q loqtur: auditorem ad quem loquitur & rem de qua loqṫ. ¶ Primo enim eẽ põt ꝙ perſuadetur auditoribus & inclinãtur ad credendũ ſermones auditos ex parte dicẽtis quod cõtingit ſi dicẽs ſit bonus uel credaṫ bonus: nam bonis hominibus etiã ſi nullas rationes aſſignare ſciant: creditur & faciunt

fidē auditorib⁹: ſed hmōi fides ſumit origi
nē ex parte dicētis: nam quia dicens creditur
eſſe bonus cum tales mentiri noliit de facili
creditur eoꝝ dictis. ¶ Secūdo pōt fieri cre
dulitas auditorib⁹ ex parte ipſoꝝ auditorū:
quod cōtingit ſi proferens ſermones ſit beni
uolus & amicus: nam ſicut homines cōmu
niter & ut plurimū decipiuntur circa ſeipſos
& credant ſe plus ualere q̄ ualeāt & eſſe ma
gis ſapiētes q̄ ſint: & i negotiis fiēdis cōmu
niter credunt homines plus uidere q̄ uideāt
& magis loqui ad propoſitū q̄ loquantur ſic
quia amicus reputatur alter ipſe cōmuniter
decipiūtur homies circa amicos. Nā ut dicit᷑
i. reth. amantes & odiētes nō pariter iudica
mus. Cōmune eſt eni ut amicoꝝ facta ut plu
rimū deferamus in bonū: & inimicoꝝ i ma
lum. Paſſionamur enim circa amicos ſicut
circa nos ipſos ut credamus eos plus ualere
q̄ ualeant & eſſe meliores q̄ ſint. Quare ſi
auditores credūt beniuolis & amicis uel eis
quos eſtimāt eſſe. Hmōi credulitas ſumit ori
ginem ex parte ipſorū auditorū ad quos eſt
ſermo qui ex ſe paſſionātur & inclinātur ut
fidē adhibeant eis quos putāt amicos eſſe.
¶ Tertio fit crudulitas ex parte ipſoꝝ rerū
quod cōtingit ſi dicēs ſit prudens uel creda
tur eſſe prudens: nam prudentis eſt ſcire &
congnoſcere ipſas res: negocia agibilia: quia
ut dicitur primo. ethi. unuſquiſq; bene iudi
cat de his quæ nouit: ex ipſis ergo negotiis
& ex ipſis rebus de quibus loquitur prudens
quia ea ſcit cognoſcere & iudicare facit fidē
auditoribus: hæc autē credulitas & hæc pſua
ſio eſt p ſe: nam reddere ſe credibilem & bñ
pſuadere p ſe eſt ex ipſis rebus & ex ipſis ne
gotiis de quibus loquit᷑: ſcire aſſumere rati
ones & argumenta p quæ fides fiat audiēti
bus & quia prudētes ſciunt facere & q exiſti
mātur prudētes extimātur talia facere. Ideo
ad hoc ꝙ aliquis ex rebus de quibus loquit᷑
fidem faciat uel oportet ꝙ ſit prudēs uel ꝙ
credat᷑ eſſe prudēs. Omnis ergo bene pſua
dēs uel omnis ille cuius dictis credit᷑ & adhi
bet᷑ fides: uel oportet ꝙ ſit bonus: uel ꝙ ami
cus: uel prudēs: & ſi nō exiſtēter apparenter
ſaltē. Itaq; cū dictum ſit ꝙ quæ bene perſua
dēs & ille cui fides adhibet᷑ debet habere ap
parēter oportet ꝙ bonus cōſiliator habeat
exiſtēter ſatis apparet quales cōſiliatores de
ceat q̄rere regiā maieſtatē: qa debet quærere
tales qui ſint boni: & amici & ſapiētes: ut ſi
boni ſint nō mētiant᷑ ratione ſui: qa bōis diſ
plicet omne malū: & omne deteſtabile: mē
datiū autē ut dicitur. iiii. ethi. per ſe eſt ma
lū & deteſtabile. ¶ Secūdo conſiliarii. dēnt
eſſe non ſolū boni ſed amici ut nō ſolū non
mētiātur ratiōe ſui qui loquunt᷑ & q conſili
um præbēt ſed etiā rōne eius ad quē loquū
tur & cui conſiliū præbēt: qa amicoꝝ ē ami
cis uera & bona cōſulere. ¶ Tertio conſilia
rii debēt eſſe ſapiētes qa nō mētient᷑ ex pte
rerū de quibus loquūtur qa cognoſcent ne
gocia agibilia & ſciēt qualiter ſit agēdū: hæc
ergo tria quærēda ſūt i conſiliariis: uidelicet
bonitas amicicia & ſapiētia. nam ut recte cō
ſulāt ſicut patet ex dictis debēt eſſe boni: &
amici & ſapientes.

¶ Quot oportet ſcire conſiliarios & circa quot ſunt conſilia adibenda. Capi. xix.

ſ I conſiderētur dicta philoſophi. i.
reth. 5. ſūt de qbus conſiliātur ho
mines: uidelicet de ꝓuētib⁹: de ali
mēto: de cuſtodia ciuitatis: & de pace & bel
lo: & de legiſlatoī: circa hæc ergo. 5. oportet
cōſiliatores eſſe iſtructos. Primo eni cōtigit
eſſe regis conſilium circa prouentus in quo
duo ſūt attendēda. ¶ Primo ne maieſtas re
gia aliquos prouentus iniuſte uſurpet a ſuis
cōciuibus: probatur enim ſupra regē debere
eſſe talem qui bonus & uirtuoſus tanquā pol
liciam diligeret exiſtentes in regno promo
ueret & honoraret quod eſſe nō poſſet ſi bo
na eorū quæ ſūt in regno uſurparet iniuſte.
¶ Rurſus eſt attēdendū ne in ſuis prouēti
bus defraudetur: expedit eni regium cōſiliū
ꝓ uiribus ſaluare iura regis. eo ꝙ huiuſmodi
bona ordināda ſūt ad bonū cōmune: ut ad

defenſionem regni & ad bonū ſtatum eius: decet ergo cōſiliarios ſcire introitus & ꝓuētus regni: quos oportet puenire ad regē qui & quanti ſunt q̄tenus: ſi quis eſt ſuperfluus & iniuſte accept⁹ auferatur ſi qs uero deficit uel ē diminutus appōat̄ & augeat̄. ¶ Sc̄do debet eſſe cōſilium de alimēto ut ſciatur utrū ciuitas uel regnum cui principatur aliquis rector ſufficiat ſibi in alimento & in deſeruientibus ad ſufficientiam uitæ: conſiderandum eſt enim quantum alimentū eſt in regno uel ī ciuitate qualibet ipſius regni & q̄tū eſt ibi adductibile & quoꝝ inductione adduci ualeat: ut circa hæc debita cōſilia & debitæ ordinationes fieri poſſit: nō eni modicū cōſiliandū eſt circa alimētū ut quælibet ciuitas habeat ſufficiētia ad uitā quia aliter iam nō eſſet ciuitas ut hmōi ſufficientibus ad uitam fieri debēt debitæ cōmutationes ut debitæ emptiones & uēditiones. Cōſiderādæ enim ſūt mēſuræ & pōdera uēdētiū & cū expedit taxādū eſt preciū uēditionis ſi ultra q̄ debēt uēditores res ſuas uendere uellēt. ¶ Tertio ē conſiliū adibendum circa cuſtodiam ciuitatis & regni quod dupliciter fieri habet: nā primo eſt cuſtodia adhibēda ne inſurgāt ſeditiones & malicia īter ciues: Ideo attendendum eſt diligēter qui ciuiū reputantur boni & q īfames: & circa īfames maior cuſtodia adhibeatur: & ſi dephēdātur male egiſſe puniant̄: uel etiam totaliter extirpentur: quia reges & pricipes nō dēnt pati maleficos uiuere. Sūt etiā conſiderāda loca in quibus cōſueuerunt magis maleficia ppetrari: nā ſicut quidam hominū magis iniuſtificant q̄ alii: ſic ſūt quædam loca magis apta ad iniuſtificādū q̄ alia: ut in ciuitate contingit eē uicos aliquos magis eē ſuſpectos q̄ alios: q̄ iniuſtificātes ibidem poſſunt magis latere & effugere puniētes: ſic etiā eſt extra ciuitatē loca aliq̄ ſūt nemoroſa & umbroſa magis apta ad iniuſtificādū q̄ alia: debet ergo adhiberi cōſilium ut circa talia maior cuſtodia præbeat̄. ¶ Ruſus circa cuſtodiā ciuitatis & regni non ſolū ſūt adhibēda conſilia propter ipſos ciues uel propter eos qui ſūt in regno: ne unus iniuſtificet ī alium ſed etiā ꝓpter ipſos extraneos. Cōſiderādū enim eſt utrum regnum ex aliqua pte poſſit īuadi: & utrum aliqua ciuitas regni ab extraneis poſſit ſuſcipere detrimētū: ideo paſſagia portus ītroit⁹ &c. talia unde poſſunt extrinſeci ad uenire: nō ſūt extraneis cōmittenda uel tribuenda: ſed ſūt diligenter cuſtodienda uel muniēda. ¶ Quarto habet eē cōſiliū circa pacem & bellū quod nō ē intelligēdū circa pacē ciuium uel circa eorum bellū: nam pax ciuium ē aliquid finaliter intētum: bellum autem eſt cui⁹ oppoſitum: de fine autem & de eius oppoſito nullus ſanæ mētis conſiliatur: nā non eſt conſilium niſi de his de quibus eſt dubiū eo ꝙ cōſiliū ſit q̄dā quæſtio: & q̄ſtio ſit dubitabilis ꝓpoſitio: de fine aūt & de hoc ꝙ pricipaliter intēditur nullus dubitat ipſum eſſe ꝓſequēdum. De eius aūt oppoſitio quilibet cognoſcit ipſum eē fugiendum. ideo pax ciuiū ꝓ uirtutibus eſt ꝓſequēda & eorū diſſentiones & bella pro uirib⁹ fugiēda: & ī hoc nō ē quæſtio nec cōſilium. ¶ Sed utrum cum extrāeis debeamus hr̄e pacē uel bella dubitabile eſſe poteſt & poſſūt ad hoc adhiberi cōſilia circa quod ſūt duo conſideranda. Prio ut nūquā cūpiatur iniuſtū bella quia iniuſtificari ī alios & eos īdeb īte opprimere per ſe ē malū & fugiēdum: deinde ſi uiſum ſil bellum eſſe iuſtum conſiderāda ē potētia regni uel ciuitatis: quæ bellar̄ debet quāta ſit & quāta ei poteſt aduēire extrinſecus. Conſideranda ē etiam potētia aduerſariorū: nam ſcd̄m phūm. i. reth. ad meliores pacē debemus habere: ad deteriores autem nobis ē expugnare uel non pugnare contra eos. Poſito enim ꝙ potētiores ad quos reſiſtere nō ualemus: in nos forefaciāt prudentiæ eſt non inſurgere ī ipſos niſi occurrat oportunitas temporis in quo ex eis congrui poſſimus uindictas aſſumere. ¶ Quitum circa quod ſūt conſilia adhibēda: ē lator legum: nam ut dicitur primo retho

mo retho. in legibus eſt ſalus ciuitatis. Cōſeruant enim ciuitates & regna p leges iuſtas qa abſq; iuſtitia nequeunt regna ſuſtinere. Decet autē ſcire regem quot ſunt genera dominorū ſiue quot ſunt ſpecies principantiū & q pricipatus eſt durabilior: & qualiter pricipatus ſcd̄m quē dominat̄ habet ſaluari & corrūpi: ut eligens optimū modū principādi ferat leges iuſtiſſimas ſcd̄m q̄s ſaluari habet principatus ille. Quis ſit autē optimus modus principandi & quale debeat eē regis officiū: & q̄uo rex ſe debeat in ſuo dominio pſeruare fuit in ſupioribus patefactū: quare p ſuperius iā dicta coadiuuante experientia geſtorū particulariū quæ continue occurrunt in curiis regū & principum: inſtrui poterit rector ciuitatis aut regni: qualiter circa lationē legum ſit cōſiliandū & quæ leges ſunt ferendæ ut ſaluet̄ principatus eius intēdimus in capitulis ſeq̄ntibus de legib9 multa inquirere ut ſimul ex dictis & dicēdis melius ueritas patebit.

## ℂ Quod quantū poſſibile eſt ſunt omnia legibus determinanda & quā pauciora poſſunt arbitrio iudicū cōmittēda. Ca. xx.

Quia in pcedentibus capitulis determinauimus de principe: oñdēdo qualis debeat eē priceps & determinauimus de cōſilio: declarādo quales debēt eē cōſiliarii & q̄ & quot ſunt illa circa q̄ habet eē conſilium. Reſtat ſcd̄m ordinē ptaxatū ut exequamur de ptorio ſiue de iudicio inueſtigando qualiter iudicandum ſit & quot ſunt genera legū & alia q̄ circa iſtā occurrunt materiā. Sed cum iudiciū fiat per leges aut per arbitrium aut per utrunq;. Priuſquā oſtendamus qualiter ſit iudicandū declarare uolumus q̄ quātū poſſibile eſt ſunt oīa legibus determinanda & quā pauciora poſſunt arbitrio iudicū cōmittēda. Quod quadruplici uia inueſtigare poſſumus quaꝝ tres tangunt̄. i. retho. quattuor uero tāgit. 7. poli. ℂ Prima uia ſic patet nā pauciores ſūt legū conditores q̄ iudices iudicantes ſcd̄m leges iam cōditas. Nam in qualibet ciuitate oportet eē aliquod prætorium ordinariū ad quod cauſæ reducant̄ & litigia exorta in ciuitate illa per leges tamē conditas in una ciuitate regulari poſſunt ciuitates multæ. Immo eadē ciuitate in qua leges condunt̄ contingit plures eē iudices q̄ legum cōditores. nā leges ſi iuſte ſint debent eē quaſi immortales & immutabiles: qa circa eas nulla aut modica mutatio fieri debet. Iudices tñ iudicantes ſcd̄m illas moriunt̄ & corrūpunt̄. Contingit ēt abſq; corruptione & morte iudices a ſuo officio rēoueri & alios in ſuū locū ſuccedere ſibi ſaltē per ſucceſſionē ipoꝝ oportet in eadē ciuitate multos eē iudices: eo q̄ ipi quaſi cōtinue innouant̄ nō tñ ſic oportet multiplicare legū conditores eo q̄ leges nō ſic continue innouari debēt: quare ſi legū conditores reſpectu iudicū ſunt pauci: qa facilius ē inuenire paucos ſapiētes quā multos: ut omnia ſapiēter diſponantur expedit quātum poſſibile eſt per legem omnia determinari & quā pauciſſima arbitrio iudicū cōmittere. ℂ Secūda uia ſic oſtendit̄ nā facilius & melius uidet̄ quid rectū & quid iuſtū & ſi illud multo tempore diligenti conſideratione diſcutiat̄ q̄ ſi oporteat ſtatī iudicatiuā ſententiam proferre. Itaq; cum legū cōditores multo tempore & multo cōſilio deliberare poſſint quales debeant leges ferre. Iudices ppter inſtantiā pertinet & qa nō debent lites plongari: ſed deprimi niſi tantā habent diuturnitatē ad uidendū quid iuſtū in propoſito: ne igitur in iudicando erretur quātum poſſibile eſt ſunt omnia legib9 determinanda & pauca diſcretioni iudiciū cōmittēda. ℂ Tertia uia ſic declarat̄ nā cōditores legū leges ferunt in uniuerſali & de futuris dicentes quicūq; ſic egerit ſic puniatur ignoranes an amicus uel inimicus ſit illa facturus: & debeat illam ſubire ſententiā nam ſi ſcirent q̄ amicus: forte obliquarēt̄ in iudicando & pœnā palliarēt. Si uero inimicus inclinaretur forte in partem oppoſi-

tam & punitionẽ augerent. Nunc autẽ quia ſolũ in hoc leges ferant & neſciunt qd in particuratibus ſit futurũ nõ peruertunt in iudicando amore uel odio inclinati. iudices autem non ſic nam iudicum iudicia nõ ſunt de futuris: ſed de pteritis non uniuerſaliter: ſed in particulari. Incuſantur enim determi natæ pſonæ ad quas ẽ amare uel odire & ſæ pe talia annexũ habent proprium cõmodũ. Ideo iudex de facili obliquatur: nã amantes & odientes & aliquod tẽporale cõmodũ cõ ſiderantes nõ æqualiter iudicãt: quare ne iu dicium iudicum obliquat: bonum eſt quan tũ poſſibile eſt omnia lege determiare & q̃ pauciſſima arbitrio iudicum committere.

¶ Has autẽ tres rationes tangit phũs. i. re tho. dicens ꝙ maxiẽ quidẽ cõtingit recte po ſitas leges q̃cũq; poſſibile eſt determinare: & pterea pauciſſima cõmittere iudicãtibus: Primum quidẽ quia facilius eſt habere unũ aut paucos ſapientes q̃ multos: deinde quia legiſlatores fiunt ex conſideratis ex multo tempore iudicia autem ex ſuborto & ſubito. Tertium uero quod eſt maximum omnium quia legiſlatores ſunt de futuris & in uniuer ſali: ſed præfectus aut iudex iudicat de pſen tibus & determiatis ad quos ẽ amare & odi re & qbus propriũ cõmodũ annexũ ẽ ſæpe.

¶ Quarta uia ad oſtendẽdum hoc idẽ ſic declarari poteſt: nã ut infra patebit oportet aliqua cõmittere arbitrio iudiciũ quia geſta particularia complete ſub narratione nõ ca dunt nec lege oĩa complete determiari poſ ſunt tamen quantũ poſſibile eſt omnia legi bus ſunt determinanda: & quanto pauciora põt ſunt arbitrio iudicũ cõmittenda: quia ut dicitur. 7. poli. quanto utiq; minor inimici tia fuerit exequentibus iuditia. tanto magis accipient finẽ excutione iudiciorum. quare cũ iudex iudicando reos ſcdm leges nõ tan tam inimicitiam incurrat: quãtam ſi iudica ret eos arbitrio pprio ne iudex timor inimi citiæ iclinatus differat debito fini iuditia mã cipare: quantũ poſſibile eſt ſunt omnia legi bus determinanda: & pauca arbitrio iudicũ cõmittenda: ſufficiẽter enim iudex excuſat cũ ſcdm poſitas leges aliquid iudicat: quia non uidetr ipe ſcdm ſe hoc agere: ſed lege cõ pulſus dicit talẽ ſententiã pmulgate.

¶ Qualiter eſt in iudicio procedendum: & ꝙ ſermones paſſionales ſunt coram iudi ce prohibendi. Capitulum. xxii.

ATTENDERE debent iudices ut in iuditio pcedat ut ſermones paſ ſionales puocãtes ad paſſiones ut ad irã & odiũ in iuditio phibeant. Multi enim litigantiũ cognoſcentes ſe hẽre mala; cauſam nõ amant quid factum & quid non factum: ſed conuertunt ſe ad cõmouẽdũ iu dicẽ ad iram & odiũ circa aduerſarios & ad benignitatẽ & miſericordiã erga ſeipos: ſed ꝙ tales ſermones ſunt prohibẽdi triplici uia inueſtigare poſſumus. Prima ſumit ex eo ꝙ hmõi ſermones obligare habẽt iudicẽ quẽ eẽ oportet quaſi regulam in iudicando. Se cunda uero quia pdicti ſermones tollunt or dinẽ iudicandi. Tertia quia quidam ſunt in pertinẽtes ad propoſitum. ¶ Prima uia ſic patet ſcire enim debemus ꝙ iudex in iudicã do de litigiis ut recte iudicet ſic debet ſe habe re inter partes litigantes ſicut lingua uolens diſcernere de ſaporib9 uel ſicut qlibet alius ſenſus uolens diſcernere de ppriis ſenſibili bus habere ſe debet inter ipos ſapores uel in ter propria ſenſibilia. eſt enim ſenſus media proportio ſenſibilium & quã diu nõ inficit ſcdm alterum contrariorum dat rectũ iudi cium de ſenſibus ut quãdiu lingua nõ eſt in fecta aliquo hũore recte iudicat dicens ama rum eẽ amarum & dulce dulce. Si uero infi ciat colera uel flemate uel aliquo alio humo re tunc nõ quaſi exiſtẽs in medio: ſed cõtra cta ad alterum contrariorũ peruerſe iudicat dicens dulce eẽ amarũ & econuerſo ut patet in infirmantibus & habentibus infectũ gu ſtum ſic iudex qñ eſt medius inter litigantes nõ declinas ad alteram partem quaſi regu la recta dicet iuſtu; eẽ iuſtm & iniuſtum in iuſtum

mutādæ eſſent prioꝝ leges. ¶ Quarta uia ſumitur ex indeterminatione particularium actuū. Nam agibilia particularia indeterminata ſunt: & perfecte cōprahendi nō pn̄t. quare quantūcūqꝫ conditores legum fuerit ſapientes potuerunt eos latere aliquæ particulares circunſtātiæ circa agibilia hominū. Si igit̄ poſterioribus propter experientiam agibiliū particularium occurrit aliquid melius. inconuēiens eſt nō remouere leges paternas & antiquas ꝓpter meliores leges nouiter inuentas. Videtur itaqꝫ hæ rationes probare ꝙ quotiēſcūqꝫ occurrit aliquid melius: ſūt leges paternæ immutādæ. Sed hoc ſimpliciter afferre eſt ualde piculoſum ciuitati & regno. Nā aſſueſcere inducere nouas leges ut innuit philoſophus ſecūdo poli. eſt aſſueſcere nō obedire legibus. Nā leges magnam efficatiam habēt ex conſuetudine: de difficili enim qs facit contra aliqd qđ eſt ꝑ diuturna tēpora obſeruatum. Aſſueſcere autē nō obedire legibus: eſt aſſueſcere nō obedire regibus & principibus. & ꝑ conſequēs eſt tollere principatum & regnum. Quātū autem malum ſequit̄ nō obedire regibus & legibus. oñdit philoſophus primo retho. q ait. magis nocere cōſueſcere nō obedire pricipibus q̄ nō obedire medicis. Nam medici intēdunt bonum corporis: uolūt enim corpora inducere ad ſanitatem. Sed ueri legiſlatores & ueri reges pricipaliter intēdunt bonum aīæ: quia intendunt ciues inducere ad uirtutē. ¶ Vt ergo appareat quid tendendū ſit de quæſito. ſciendum ꝙ lex poſitiua ſi recta ſit: oportet ꝙ innitat̄ legi naturali: & ꝙ determinet geſta particularia hominū. Dupliciter ergo poteſt huiuſmodi lex haberī defectū. Primum ſi ſit contraria legi naturali. Secundo ſi nō ſufficienter determīaret particularia geſta. Si prīo mō deficiāt leges paternæ & poſitiuæ: ñ ſūt leges ſed corruptiones legum. propter hoc obſeruari nō debēt. Nā leges poſitiuæ licet ſint additæ naturalibus legibus: nō tñ ſunt cōtrariæ illis. nec uellemus appellare cōtrariū iuri naturali. quod non eſt a natura inductum: ſed ei eſt additū & appoſitū: & per artem omniū adīnuētū. ſecundum quē modū loquēdi homo eſt nudus naturaliter: & ueſtimētū eſt cōtra naturam. Nam eē ueſtitum uidet̄ cōtrariari ei ꝙ eſt eē nudum. Scđm hunc modum loquēdi loquūt̄ iuriſtæ. ut patet ex iſtituta de iure naturali. Vbi dicit̄ ꝙ leges humanæ contrariæ ſunt iuri naturali. qa iure naturali ab initio hoīes liberi naſcebantur. Seruitus ergo eſt contra naturā: inquantū natura nō induxit ſeruitutē: ſed eſt ad utilitatē hoīum ꝑ leges poſita. Sed ſic appellare aliqd cōtra naturā eē eſt ruditer loqui. Nā illud proprie eſt cōtra naturā cuius contrariū dictat ratio naturalis: & qa ꝓpter utilitatē & propter cōe bonū hoīum eſt ſeruus introducta. ut ſupra in libro ſecundo oſtēdimus aliquos ſeruire aliis & obedire: licet ſit iuri naturali additū & appoſitū. ſicut ueſtimentū eſt additū & adductum corpori nudo quod eſt natura ꝓductum: non tñ eſt contra ius naturale: qa huic naturalis rō non contradicit. Leges ergo deficientes: qa ſunt prauæ & contra ius naturale. cuiuſmōi erat lex illa: ꝙ ciues poſſēt ſuas uxores uēdere: uel q̄cūqꝫ aliæ leges ſunt prauæ & iniuſtæ. nō ſūt obſeruādæ ſed extirpādæ. Si uero leges ſint defectiuæ. qa ñ cōplete determināt picularia agibilia: dato ꝙ occurrāt leges meliores & magis ſufficientes. nō eſt aſſueſcendū innouare leges. Prīo qa aliqñ contigit circa talia decipi: qa credunt̄ meliores quæ ſunt peiores: & credūt̄ magis ſufficiētes quæ ſunt minus. dato tñ ꝙ in aliquo ſufficiētiores eſſent leges nouiter adinuētæ. Sūt tñ leges ātiquæ & paternæ obſeruandæ. qa quāto ex una parte quis perficit: dando ſufficientiorē legem. tāto ex alia parte nocet: tollendo conſuetudinē et diuturnitatē temporis: per quam lex habet efficatiā magnā. Nō eſt ergo ſimile de artibus & de legibus: qa artes & ſcientiæ totam efficatiam habēt ex ratione: ſed leges non ſic. Imo

magnam efficatiam habent ex diuturnitate & aſſuefactione. Decet ergo reges & principes obſeruare bonas conſuetudines principatus & regni: & non innouare patrias leges niſi fuerint recte rationi contrariæ.

Quid eſt ciuitas: & quid eſt regnum & qualem oportet eſſe ipſum exiſtentem in regno & ciuitate: Capitulum. xxxii.

IRCA regimen regni & ciuitatis ut ſuperius dicebatur erant quatuor pertractanda. uidelicet qualis debet eſſe rex ſiue princeps. quales conſiliarii. quales iudices & qualis populus. Expeditis ergo tribus reſtat dicere de quarto. ſcilicet de populo. Sed cum ad ſciendum qualis debet eſſe populus & quomodo debeat ſe habere ad principantem non modicum amminiculetur ſcire quid ſit ciuitas: & quid regnum. Intendimus in hoc capitulo declarare & diffinire quid ſit ciuitas aut quid regnũ. Sciendum igitur ꝙ ciuitas ſit aliquo modo quid naturale: eo ꝙ naturalem habemus impetum ad ciuitatem conſtituendam. Nõ tamen efficitur: nec perficitur ciuitas niſi ex opere & induſtria hominum. Quæ autem ex arte humana efficiuntur: diffiniuntur & cognoſcuntur potiſſime ex fine & bono: ad quod ordinantur. ut potiſſime ſcimus quid ſit domus: & qualis debeat eſſe domus: ſi ſciuerimus ipſam eſſe factam propter hoc bonũ ut nos defendat a pluuiis & caumatibus quare ſi ſcire uolumus q eſt ciuitas. enumeranda ſunt bõa illa ad quæ deſeruit conſtitutio ciuitatis: & aduertendũ eſt qđ bonorũ illorum ſit potius. Narrat quidẽ philoſophus tertio poli. uolẽs diffinire quid ſit ciuitas: ſex bona ad quæ ciuitas ordinat᷑. Eſt enim ciuitas conſtituta. Primo propter cõmunicationem loci ut homines ſimul cohabitent. Conſurgit enim ex hoc quædã iocũditas & delectatio. Nam nullus ſine ſocio iocũda eſt poſſeſſio. Si quis enim magna multitudine argenti & auri polleret: & omnib⁹ uictualibus abundaret: & tamen non uiueret in ſocietate: ut aliis ſuam magnificentiam pciperent & ut eis ſua bona cõmunicare poſſet: non multũ reputaret illa. Facta eſt ergo ciuitas: ut homines ſimul in uno loco uiuentes iocunde & delectabiliter conuerſetur. Secundo ciuitas eſt conſtituta nõ ſolum propter iocũde & delectabiliter conuerſari: ſed propter ipm uiuere. Nam homĩes in eadẽ ciuitate exiſtentes deſeruiunt ſibi ad uitam: & unus alteri ſubuẽit in hiis quæ ſunt neceſſaria uitæ. ꝙ ſic eẽ nõ poſſet ſi homĩes ſolicitari morarent᷑. Tertio facta fuit ciuitas cõpugnationis gratia: & propter non iniuſtum pati. Nã quia homo unus ſolitariam uitam ducens: non eſt ſufficiẽs reſiſtere impugnantibus & uitare iniurias & iniuſtitias ſibi factas: conſtituta fuit ciuitas ut homo q ſolitarius eſt ſe nõ põt tueri ab hoſtibus: exiſtens pars multitudinis: tute & abſq; formidine uiueret. Quarto fuit ciuitas ordiata propter cõmutationes & contractus. Dicebatur enim ſupra cum de legibus tractabamus ꝙ facere commutationes & contractus erant ſecundum ius gentium: et erat proprium humano generi. Quia enim nullus homo: habet omnia ſufficientia ad uitam: niſi cõmutet ea quibus abundet in illa a quibus deficit. Ideo neceſſariæ fuerunt emptiones uenditiones commutationes. conſtituta fuit ciuitas ut homines ſimul conuiuerent. Quintum bonum ad quod ciuitas ordinat᷑ eſt communicatio connubiorum. Nã hoĩes ſimul conuiuentes adinuicem amicitiam contrahũt: et ut firmius ſe diligant. uel propter aliquod aliud bonum qđ uident inde conſurgere iungunt connubia et fiunt adinuicem affines. Sextum bonum ꝑpter quod eſt ciuitas conſtituta eſt uiuẽre elegibiliter et uirtuoſe. Nam magis poſſunt puniri delinquenres et malefici: ſi hoĩes ſimul cõuiuant in ciuitate: q̃ ſi morarent᷑ diſparſim et uitam ſolitariam ducerent. Inde eſt igitur ꝙ tiore pœnæ multi deſinunt malefacere et aſſueſcũt ad opationes bonas ꝙ faciẽdo diſponuntur

ſponũtur et fiunt boni et uirtuoſi. Quoniam igitur uirtutes & opera uirtuoſa ſunt maxima bonorũ: licet propter omnia prædicta bona ſit aliquo modo ciuitas conſtituta. Potiſſime tamen conſtituta eſt propter uiuere eligibiliter & uirtuoſe. quare ſi maiori fine & maiori bono qđ intendit in re accipienda eius notitia. Bñ dictũ eſt quod dicit .4. politicorũ ꝙ unitas loci communicatio connubiorũ compugnationis gratia: commutatio rerum: & cætera talia ſunt ea ſine quibus non habet eſſe ciuitas. Principaliter tamen: eſt ciuitas cõſtituta: propter bene & uirtuoſe & fœliciter uiuere. Si igit queratur quid eſt ciuitas. Dici debet ꝙ eſt cõmunicatio ciuiũ propter bene & uirtuoſe uiuere: & propter perfectam & per ſe ſuſtinentem uitam.

℃ Viſo quid eſt ciuitas: de leui uideri põt: quid eſt regnum. Nam regnum ſupra ciuitatem uidet addere multitudinem nobilium & ingenuorum. Eſt enim ciuitas pars regni. & in regno eſt maior multitudo: & ſunt plures nobiles & ingẽui quam in ciuitate una.

℃ Poteſt ergo ſic diffiniri regnũ. ꝙ eſt multitudo magna: in qua ſunt multi nobiles & ingenui: uiuentes ſecundum uirtutem ordinati ſub uno uiro optimo: ut ſub rege. Viuere enim ſecundum uirtutem eſt finis prīcipaliter intentus in quolibet ciue: in qualibet ciuitate: & in toto regno. Nam ſecundum philoſophum in politicis. Idem finis eſt unius ciuis & totius ciuitatis. Sic etiam dicere poſſumus: ꝙ idẽ eſt unius ciuitatis: & totius regni. ℃ Debet. n. rex ſi ſit uerus & rectus idẽ intendere in uno ciue: & in tota ciuitate & in regno toto. Nam cura peruigili ſtudere debet: ut quilibet ciuis uirtuoſe habeat: ut tota ciuitas uirtuoſa exiſtat: & ut totum regnũ bene & uirtuoſe uiuat. Sed ſi qlibet ciuis debet uirtuoſe ſe habere. quia ſecundum philoſophum in politicis. ſecundum ꝙaliqs excedit alios in potentia & dignitate: ſic debet eos excedere in bõitate & uirtute. decet nobiles & ingenuos eẽ magis bonos & uirtuoſos quã ciues alios: propter qđ regem ipſum tãquam omnibus excellentiorem decet eſſe optimum et quaſi ſemideum. Inde eſt igit ꝙ regnum dicit eſſe multitudo: in qua ſunt multi nobiles et ingenui: non quocũꝙ modo ſe habẽtes: ſed uiuentes ſecundum uirtutem: et ordinati ſub uno uiro optimo ut ſub rege. ℃ Oſtenſo qđ eſt ciuitas: et qđ regnũ de leui patere poteſt: qualis debeat eẽ populus exiſtens in ciuitate et regno. Nã ſi ciuitas et regnum: principaliter ordinatur ad uitam bonã et uirtuoſam. habitatores regni: et populum exiſtentem in ciuitate et regno: oportet eſſe talem ꝙ uiuat bene et uirtuoſe. Inde eſt ergo qđ ait philoſophus tertio politicorum. ꝙ magis eſt ciuis abundans in bonis operibus uirtuoſis. quam ſibi abundaret in diuitiis: uel in nobilitate generis: uel aliis exterioribus bonis. Credunt ergo multi eſſe ciues: et eſſe de regno ſi in regno habeant domos multas: poſſeſſiões magnas. ſed magis ſunt de regno abundantes in operibus uirtuoſis et obſeruantes leges rectas et ſtatuta regni: q̃ habentes nobilitatem generis: ciuilem potentiam et multitudinem ipſorum bonorum exteriorum.

℃ Quod tunc eſt optima ciuitas et optimum regnum et optimus populus qñ eſt in multis pſonis mediis cõſtitutus. Ca. xxxiii.

q VARTO politicorum ait philoſophus ꝙ tres oportet eſſe partes ciuitatis. Nam hii quidem ſunt opulenti ualde. Hii autem egeni. Hii uero tertii ſunt horum medii. Hoc ergo modo quo diuiſa eſt ciuitas: in tres diuidi poteſt quilibet populus. et quodlibet regnum. Intẽtio autẽ huius capituli eſt oſtendere optimam eſſe ciuitatem et regnum: ſi ibi ſit populus ex multis perſonis mediis cõſtitutus.

℃ Tangit autem phũs. 4. poli. quattuor ex quibus ſumi poſſunt quattuor uiæ: oſtendẽtes meliorem eſſe policiam uel melius eſſe regnum et ciuitatem: ſi ibi ſit populus abundans in multitudine mediarum perſonarũ.

Prima uia ſumitur ex eo ꝙ talis populus magis rationabiliter uiuit: Secunda ex eo ꝙ inter ipſos habet eſſe maior dilectio. Tertia: quia ibi maior æqualitas. Quarta quia eſt ibi minor inuidia & minor contenptus: ¶ Prima uia ſic patet. Naꝫ ſi in populo ſint multi ualde diuites: & multi ualde pauperes & paucæ perſonæ mediæ: uix aut nūquā rationabiliter uiuet. Nam multum diuites: ad multū pauperes neſciunt rōnabiliter ſe habere: ſed modica occaſione ſūpta eis māifeſte nocent. Sic etiā multum pauperes ad nimium diuites neſciunt ſe ratiōabiliter gerere. Inſidiant̄ enī eis quomodo poſſint aſtute & latenter eorū deprædari bōa. Sed ſi in populo ſint multæ pſonæ mediæ: ceſſabunt hmōi nocumenta: & de facili rationi obediunt. Hoc eſt quod dicit̄ poli. quarto ꝙ quoniam mediocre eſt optimum: optima eſt poſſeſſio media, quia facilius rōni obediet. Nam ſi una pars ciuitatis ſit ſuperingenua: ſuperpotentes & ſuperdiuites. Alia uero huic cōtraria ſit ſuperegena ſuperdebilis & ualde uilis, difficile eſt rationem ſequi. Nā hii quidē uidelicet ſuperpotentes fient ininrioſi. Hii autem ſuperpauperes fient nequā ualde aſtute & latenter inſidiantur diuitibus. ¶ Secunda uia ſumitur ex mutuo amore. qui debet eſſe inter exiſtentes in eodem regno inter commorantes in eadem ciuitate. Nam ut dicitur quarto ethicorum, iſti uidelicet pauperes nimie amant principes, ideſt potentes & diuites. Hæc autem ut ibi ſubditur: ſunt ualde nociua ciuitati. Vt ergo ſit mutuus amor inter ciues: bonum eſt propter hoc abundare. in perſonis mediis. ¶ Tertia uia ſumit̄ ex æqualitate & iuſtitia quæ eſt ſeruanda in ciuitate. Nam ut ait philoſophus: excedentes in eufortuniis potētiis diuitiis & amicis: & in aliis huiuſmōi bonis neſciunt ſubiici. Qui autē ſecundum exceſſum ſunt indigētes & pauperes: neſciunt principari. quare ſi populus ſit ſolū ex duabus partibus cōſtitutus: ex nimis diuitibus & nimis pauperibus & paucæ aut nullæ ſint ibi perſonæ mediæ: de difficili ſeruabit̄ ibi æqualitas & iuſtitia: ſed diuites penitus uolentes pricipari & ſuppeditare alios. Alii uero cōtra nitentes diſſenſionē faciūt & ſi cōtingat pauperes optinere: quia pricipari nō nouerunt male tractabūt diuites & potētes. ¶ Quarta uia ſumitur: ut uitetur inuidia & contemptus. Nam pauperes ut dicitur quarto politicoꝶ. maxime inuident diuitibus & maxime diuites contēnunt eos nulla ſocietas eſt bene durabilis ubi eſt multa iuidia & cōtēptus. quare optim⁹ eſt populus ex multis perſonis mediis cōſtitutus. quia tunc de facili rationabiliter uiuunt adinuicē ſe diligene: reſeruabitur inter ipſos æqualitas & iuſtitia. Nō erit inter illos cōtemptus & inuidia. Nō enim habebit unus unde alium cōtēnat: nec unde ei inuideat: uidens ſe ei quaſi æqualem exiſter̄ & nō eſſe magnum exceſſum inter ipſos: huic auctoritati atteſtat̄: ꝙ ſobon: ideſt karendas & Lyurgus tradiderunt de polliciis. Dixerunt. n. eas conſtituendas eſſe ex perſonis mediis. Decet ergo reges & pricipes adhiber̄ cautelas ut in regno ſuo abundent multæ perſonæ mediæ: ut ne aliis ad nimiam paupertatē deuenientibus efficiantur reliqui nimis diuites: quod fieri poterit ſi non pro quacūqꝫ cauſa liceat ciuibus paternas poſſeſſiones uendere: nō quibuſlibet indifferenter liceat quaſcūqꝫ poſſeſſiones emere. adhibenda eſt debita diligentia circa emptionem et uenditionem agrorum et terrarum poterit aliqualis æqualitas reſeruari inter ciues.

¶ Quod expedit populo cum magna reuerentia obedire regibus: et cum ſumma diligentia leges regias obſeruare. Ca. xxxiiii.

C ONSEQVITVR āt popol⁹ q̄tū ad pſēs ſpectat tria, ſi cū magna diligētia obediat regib⁹ et pricipib⁹ et obſuet leges regias. ex qb⁹ triplici uia uēari poſſum⁹ q̄tū ſit utile et expediēs populo: obedire regib⁹ et pricipib⁹ et obſuare leges.

¶ Primo

¶ Primo enĩ ex hoc conſequitur populus: uirtutes & maxima bona. ¶ Secũdo ex hoc conſurgit ſalus regni & ciuitatis. ¶ Tertio ex hoc oritur pax & tanquillitas ciuiũ: & habũdantia exteriorum rerũ. ¶ Prima uia ſic patet. Nã ut dicebatur in præcedentibus: intẽtio legiſlatoris eſt inducere ciues ad uirtutem. In recta enĩ pollicia ut uult phũs circa pricipium quarti polli. Eadem eſt uirtus bõni ciuis & boni uiri & per idẽ ſiue per eoſdẽ mores ẽ aliquis bonus ciuis & bonꝰ homo. Eſt quidem aliquis bonus ciuis ſi bene obediat pricipanti: & ei cuiꝰ eſt leges ferre. quare ſi principans recte regat populum ſibi cõmiſſum: Et quia intentio eius eſt inducere alios ad uirtutem: cum uirtus faciat habentẽ bonum: & opus bonum oportet ĩ recto regimine: ꝙ bonus ciuis ſit bonus homo: & ꝗ bene ſubiicitur regi ſit bonꝰ uir. Si enim Rex non ĩtẽderet ꝙ ſibi ſubiecti eſſent bõi & uirtuoſi: iã non eſſet rex ſed tyrrannus. Si ergo quilibet ciuis debet ĩtendere ut ſit bonus & uirtuoſus: eo ꝙ uirtutes ſunt maxima bona: cum ſumma diligẽtia ſtudere debet ut Regi obediat: & ne præuaricẽtur leges & præcepta eius. omnibus enĩ tam nobilibus ꝗ ignobilibus neceſſaria ẽ obedientia regia & obſeruãtia legum. Imo tanto magis eſt hoc expediens nobilibus quam ignobilibus quanto decentius eſt eos eſſe bonos & uirtuoſos. ¶ Secũda uia ad inueſtigandum hoc idem ſumit ex eo ꝙ ex obediẽtia regis & ex obſeruatiõe legum oritur ſalus regni & ciuitatis. Credunt enĩ aliqui ꝙ obſeruare leges & obedire regi ſit quædam ſeruitus. Sed ſecũdum phũm quinto polliticorũ hoc non eſt ſeruitus. ſed libertas. Ignorãt enim quid eſt libertas: dicẽtes obſeruare leges & obedire regibꝰ eſſe ſeruitutem. Cum enim beſtiæ ſint naturæ ſeruilis: quãto quis magis accedit ad naturam beſtialem: tãto eſt magis naturaliter ſeruꝰ. eſſe quidem ſceleratum & affectatorẽ belli & turbatore pacis: uelle uiuere ſine freno & ſine lege: ſecundũ ſententiam philoſophi & ſecũdũ dictum Homeri. Eſt eſſe magis beſtiam quã hominẽ. quare non obſeruantes leges nolentes obedire regibus & ſuperioribus ſunt magis beſtiæ quã homies & per conſequens ſunt magis ſerui quã liberi. Saluatur itaq; ſalus regni & ciuitatis: habitatores regni efficiũtur liberi: ſi obediant regibus & obſeruẽt leges. Quanta autem ſalus ſurgat ĩ regno ex obedientia regis: ſufficiẽter oſtenditur ſi conſiderentur uerba philoſophi quarto polli. ꝙ comparat Regẽ ad regnũ ſicut animam ad corpus. Nam ſicut anima corpus regit & conſeruat: ſic rex regit & conſeruat regnum. & ſicut anima ẽ ſalus & uita corporis. ſic Rex ſi recte principet: ẽ ſalus & uita regni. Quare ſicut peſſimum ẽ corpori deliquere animam & nõ regi per eã Sic peſſimum ẽ regno deſerere leges regias & præcepta legalia & non regi per regem. ¶ Tertia uia ad oſtẽdendũ hoc idem: ſumitur ex eo ꝙ ex obediẽtia regia: & ex obſeruatiõe legum oritur pax & trãquillitas ciuium & habundantia exterioꝝ rerum. Nam ut ſupra dicebatur. leges etiam & legiſlatores: ut reges & pricipes coactiuam habent potentiam: ut qui amore honeſti per icrepatiões paternas & amicorum nõ retrahitur ab operibus ſceleratis: ſaltẽ timore pœnæ retrahãtur ab illis. Expediẽs enim fuit regno & ciuitati habere aliquem regem uel aliquem principãtem: ne malefici turbarent pacem ciuiũ. Intẽdere enim debet quilibet legiſlator: ut corda ciuium ſint tranquilla: & ut ciues uiuant pacifice & unanimes. Vnde & philoſophus primo rethori. uidetur uelle ꝙ ſic ſe habeãt legiſlatores ad animas: ſicut medicina ad corpora. Nam ſicut medicus intẽdit ſedare humores ne iſurgat morbus & bellum in corpore. Sic legiſlator intẽdit placare corda ſedare animas: ne iſurgat rixa & diſſenſio in regno aut ĩ ciuitate. Inde eſt ergo quod dicitur primo rethori. ꝙ non tantũ nocet peccare contra præcepta medici quãtum cõſueſcere non obedire pricipi. Eſt enim anima ma-

ius bonum quã corpus. et pax ciuiũ & eorũ qui non ſunt ĩ regno potior eſt q̃ æqualitas humorum uel q̃ ſanitas corporum. Summo ergo opere ſtudere debet populus & oẽs habitatores regni circa obedientiam regiam: & obſeruationem legum: cum ex hoc cõſurgat tantum bonum: quantum bona ẽ pax & trãquillitas exiſtẽtium ĩ regno. Conſurgit etiã ex hoc habundantia exteriorum rerum. Nã exiſtẽte guerra in regno terræ manent incultæ: fiunt deprædationes: oriũtur ſterilitates: deducuntur habitatores regni ad inopiam. Si ergo conſideretur quãtum bonum aduenit ex rege non ſolum regibus recte regentibus: ſed etiã dato ꝙ in aliquo tyrannizarent ſtuderet popul⁹ obedire illis. Nam magis ẽ tolerabilis aliqualis tyrannides pricipantis: quã ſit malum. ꝙ cõſurgit ex iobediẽtia pricipis: & ex peruericatione mandatorum eius.

¶ Qualiter ſe debẽt habere ciues & uniuerſaliter habitatores regni: ne Reges prouocẽtur ad iracundiam contra ipſos. Capi. xxxv.

POSTQVAM docuim⁹ populũ & oẽs habitatores regni: ut obediant regib⁹ & obſeruẽt eorũ leges uolum⁹ ĩ hoc capitlo declarare qualiter ſe habere debeant exiſtẽtes ĩ regno: ne reges prouocentur ad iracundiam contra ipſos. ¶ Ira autem ſm phũm in principio ſecũdi retho. Eſt triſtitia proueniens ex appetitu apparentis punitionis: propter apparẽtem paruipenſionẽ eorum quæ ĩ ipſum: aut ĩ aliqua ipſius aut ĩ aliqua quæ ordinant̃ ad ipſũ. Nunquã enim ira ſine triſtitia ẽ. Appetit autem irat⁹ apparẽter. i. manifeſte punire eos qui paruipẽdũt ipſum: uel aliquã quæ ſunt ipſius: uel ea quæ aliquo modo ordinãtur ad ipſũ. Cũ ergo qs aliquo dictorum modorum mãifeſte forte facit in aliũ: ille triſtatus ex appetitu punitionis dicitur iraſci. Ciues itaq; ut non ꝓuocẽt reges ad iram non debẽt fore facere: nec regem nec in ea quæ ſunt ipſius. nec in illa quæ aliquo modo ordinãtur ad ipſum. Primo quidem expedit eis qui ſunt ĩ regno ut nõ ĩcurrant regiam iram nõ fore facere ĩ ipſum regẽ. ¶ Regi aũt duo debent: honor & obedientia. Eſt enĩ rex caput regni. caput aũt ad alia mẽbra dupliciter compatur. Primo quidẽ qa ẽ altius & excellentius illis. Secundo uero qa ea dirigit in actiones ſuas. In capite enĩ uiget ſẽſus & ymaginatio per quã dirigimur ĩ opationes noſtras. Sic rex excelẽtior eſt oĩbus illis qui ſunt in regno. Rurſus quia eius ẽ leges ferre. & qa in rege maxime uigere debet ſẽſus & prudẽtia. ad ipm ſpectat per ſe & per alios dirigere eos qui ſũt in regno: Ratione ergo qa rex ẽ excellentior aliis: ei debetur honor & reuerẽtia. Ratione uero qa ipſius ẽ dirigere alios debetur ei ſubiectio & obediẽtia. Quare dupliciter poteſt forefieri ad regem ab hiis qui ſũt ĩ Regno. Primo ſi nõ ei exhibeãt honorem debitũ & reuerẽtiam dignã. Secũdo ſi non ſint ei ſubiecti & obediẽtes: obſeruando ei⁹ leges & mãdata. Cũ enĩ hæc duo: honor uidelicet & obediẽtia ſubtrahũtur a rege merito ꝓuocatur ad irã. Ideo dicit̃. ii. rethori. ꝙ iraſcimur hiis q tenẽtur uel cõſueuerũt nos honorare. ſi nõ ſic ſe habeat. Et eſt ratio: qua ſic ſe habẽtes uidẽtur nos deſpicere. Nã ſi nos nõn deſpicerẽt impenderent nobis honorem dignũ. Sic etiã ibidẽ dicitur ꝙ & ad minores iraſcimur: ſi nõ ſic ſe habeãt ut debent. uel ſi faciãt contraria eorum quæ debent. qd maxie contingit: ſi trãſgrediuntur mãndata ſupiorum & non obediũt regi: quaſi præexcellẽti.

¶ Viſo qũo habitatores regni nõ debẽt ꝓuocare regẽ ad iram: forefaciendo in ipſum: nõ exibeñ ei debitũ honorẽ & obediẽtiã cõdignã. Reſtat uidere: qũo non debẽt ipſum prouocare forefaciẽdo in eos qui ſunt ei⁹ & qui pertinẽt ad ipſum. Ad regẽ autẽ pertinere uidẽtur quatuor genera perſonarum. uidelꝫ parẽtes & uniuerſaliter omẽs cognati uxor filii & ſubditi. Spectat itaq; ad habitatores regni ſi uolũt regem ad irã prouocare nõ ſolũ nõ forefacere in ipſum regem: ſed etiam nõ forefacere ĩ cognatos: uxorẽ filios. & uniuerſaliter

uerſaliter i omnes ſubiectos regi. & quia omnes q ſunt in regno ipſi regi ſunt ſubditi fo/refacit in regem quotieſcunq; alicui exiſtenti i regno efficitur iniuria aliqua. Hoc eſt ergo quod dicitur ſecūdo reth. capitulo de ira: ꝙ iraſcimur forefaciētibus in parētes: filios uxores. & ſubiectos: eo ꝙ turpe ſit ipſis non auxiliari. ℭ Tertio ſpectat ad habitatoreſ regni nō forefacere i ea quæ aliquo modo or/dinātur ad regem. Hmōi autem ſunt poſſeſſiones proprie & debita iura regni. qa i hoc uidētur ipſum contennere & paruipendere ſi iniuſte & abſq; iuſſione regia manū apponāt i ea quæ ad regē ſpectāt. Decet ergo oēs ciues & uniuerſaliter omnes habitatores Regni ab ipſa īfantia prouocare filios ad dile/ctionē regis. Inſtruere eos quomodo debe/ant honorare regē obedire ei: nō forefacere i cognatos eius: nec in filios: nec in aliquas perſōas ei ſubiectas. nec i aliqua iura regni. Peſſimum ē enim ut dicitur quito polli. nō iſtruere pueros ad uirtutem & ad obſeruan/tiā legum utilium: & ad obſeruandū ea quæ requirit pollicia uel regimē regni i quo ſem/per enim amamus prima magis: & illud ad quod primo inſtruuntur iuuenes ſunt ma/gis proni ad obſeruandum.

ℭ Quomodo reges & principes debeant ſe habere ut amentur a populo. & qūo ut ti/meātur: & ꝙ licet utrūq; ſit neceſſariū: amari tn̄ plus debēt appetere q̄ timeri. Ca. xxxvi.

QVONIAM i prīo libro promiſimꝰ nos dicturos: qūo reges & pri/cipes debeāt ſe habere ut amētur i populo: & quomō ut timeātur. uolumꝰ hic exequi qualiter fieri hoc cōtingat. ℭ Sciendum itaq; ꝙ ut reges & pricipes cōmuniter amētur in populo: tria potiſſime in ſe habe/re debēt. Primo quidem eſſe debēt benefici & liberales. Secūdo fortes & magnanimi. Tertio æquales & iuſti. ℭ Primū autem ſic patet. Nā uulgꝰ nō percipit niſi ſēſibilia bo/na. ideo beneficos & liberales i nūmiſmata: & i ea quæ poſſunt nummiſmate mēſurari: amat & reueretur. Ideo dicit̄ rethori. ſecūdo capitulo de amore. ꝙ populꝰ amat & honorat beneficos i pecunia & liberales. ℭ Secūdo ut reges amētur i populo: debent eſſe fortes & magnanimi: ponētes ſi oporteat ſeip/ſos pro bono cōmuni & defēſiōe regni. Nā populus ualde diligit fortes & magnāimos exponentes ſe pro bonis cōmunibus. credit enī per tales ſalutem conſequi. Ideo dicit̄ ſecūdo rethori. ꝙ qa diligimus beneficos i ſalutē. i. eos qui poſſunt nobis benefacere nos ſaluādo & liberando. Ideo diligimus fortes & cordatos. ℭ Tertio ut reges diligantur a populo: decet eos eſſe iuſtos & æquales. Nā maxie prouocatur populus ad odium regis ſi uiderit ipſū nō obſeruare iuſtitiam. Ideo dicitur ſecūdo rethori. ꝙ iuſtos maxime diligimꝰ. ℭ Viſo qūo reges & pricipes debeāt ſe habere ut amētur a populo. Videre reſtat qūo ſe habere debent ut timeātur ab eis. Potiſſime autem timentur potentes ut patet in ſecūdo rethoricorum propter punitiōes q̄s exercēt in ſubditos. In punitione autem tria ſunt conſideranda. uidelicet punitionē ipſā perſonam punitam: & modum puniendi. ℭ Quātum ergo ad punitionem: timētur reges & principes: ſi in eos qui ultra modū regnum & polliciam perturbant: inexquiſi/tas crudelitates exerceant. Ideo dicitur ſecū/do retho: quod homines timent eos de quibus ſunt conſcii feciſſe aliquid dirum: ℭ Secundo timentur reges & potentes non ſolū ratione punitionis diræ: ſed etiam ratione ꝑſonarum punitarum. Nam iuſtus pro iuſti/tia nulli parcere debet. Ideo dicitur ſeptimo polliticorum ꝙ bene operās nulli parcit. qa nec ꝑ parte nec pro filio nec pro amico nec pro aliquo alio dimittendū eſt operari iuſte & bene. tūc itaq; ratione perſonarum puitarum timētur reges & principes quando nec amicis nec aliis parcunt. ſi uiderint eos forefacere. Timet igitur tūc quilibet ex populo: forefacere. cogitans ſe nō poſſe punitiōem effugere. Imo ut uult philoſophꝰ ſeptio pol

liticoꝝ. Decet reges & potentes ut magis ti/meantur: & ut uirilius obſeruent iuſtitiã magis punire & ſeuerius ſe gerere cõtra amicos ſi contingat eos ualde forefacere q̃ cõtra alios: ℭ Tertio timent reges & prĩcipes ratione modi puniẽdi: quod fieri contingit: cum ad eoꝝ iudices & præpoſitos latenter & caute ſe gerunt in punitionibus exequendis: & ĩ iuſtitia faciẽda: ꝙ mali effugere nõ poſſunt. quin puniantur. Ideo dicitur ſecundo rethoricoꝝ. ꝙ latitiui magis timentur q̃ mãifeſti. ℭ Viſo quomõ reges & prĩcipes ſe habere debeãt ut amẽtur: et quomodo ut timeãtur. dc leui patere poteſt ꝙ licet utrunq; ſit neceſſarium. amari tñ magis appetere q̃ timeri. Dicebatur enim ſupra ꝙ prĩcipalis intentio regis & cuiuſcũq; principantis eſſe debet inducere alios ad uirtutem. Omne ergo bonũ p quod ciues ſũt magis boni & uirtuoſi debet eſſe magis intentũ a legiſlatore. Cum ergo ciues & exiſtẽtes ĩ regno ſi bene agant: & obſeruẽt leges & mãdata regis ex amore honeſti & ex dilectione quã habẽt ad bonũ cõmune & ad regẽ: ſint magis bõi & uirtuoſi: q̃ ſi hoc facerẽt timor pœnæ & ne punirẽtur: magis debẽt appetere reges & prĩcipes amari a populis. & ꝙ amore bõi populi bene ãgãt q̃ timeri ab eis. & ꝙ tiore pœnæ caueãt ſibi ab actibus malis utrunq; enĩ eſt neceſſarium timeri & amari. Nam nõ omnes ſũt adeo bõi & pfecti: ꝙ ſolo amore honeſti & boni communis & ex dilectione legiſlatoris: cuius eſt intendere cõmune bonũ: quieſcant male agere. oportuit ergo aliquos iducere ab bonum & retrahere a malo timore pœnæ. Eligibilius tamen eſt amari q̃ timeri ut eſt per habita manifeſtum.

ℭ Incipit tertia pars tertii libri: de gemimine principũ. In qua tractatur quomodo regẽda ſit ciuitas aut regnũ tẽpore belli:

ℭ Quid eſt milicia & ad quæ eſt inſtituta: & quod omnis bellica operatio: ſub milicia continetur.

Capitulum primum.

Peractis partib⁹ duab⁹: hui⁹ tertii libri qa oſtẽſum eſt quid ſenſerũt antiq philoſophi de regimie ciuitatis & regni. & determinatum eſt: qualiter ſit ciuitas atq; regnum tempore pacis. Reliquũ eſt tractare de tempore bellico: ut ſciãt reges & principes qualiter committenda ſint bella. Nam ut plurimum bellorum induſtria: ut patet per Vegecium in de re militari. plus confert ad optinendam uictoriam: q̃ faciat multitudo uel fortitudo bellãtium. opus autem bellicum ut patebit in ſequendo. continet ſub militari. quare ſi de ope bellico tractare uolumus. Vidẽdum eſt quid ſit milicia & ad quid ſit iſtituta. ℭ Sciẽdum igitur militarẽ eſſe quandam prudentiam ſiue quandã ſpeciem prudentiæ. Poſſumus autẽ quantũ ad præſẽs ſpectat diſtinguere: quinq; ſpecies prudentiæ. uidelicet prudẽtiam ſingularẽ. yconomicam: regnatiuã: polliticam ſiue ciuilẽ: & militarem. ℭ Dicitur enim aliquis habere ſingularem uel particularem prudẽtiã: quãdo ſeipſum ſcit regere & gubernare & hæc ẽ maior prundẽtia: q̃ yconomica & regnatiua. Nã minus ẽ ſcire regere ſeipſum: quã ſcire regere familiam & ciuitatẽ aut regnũ. ℭ Secunda ſpecies prudentiæ dicitur eſſe yconomica. Nã prudens ex hoc aliquis dicitur ut patet ex ſeptio ethicoꝝ: quia bene conſiliari & bene dirigere ad bonũ finẽ. ubi ergo reperitur alia et alia ratio boni: ibi reperitur alia et alia ſpecies prudentiæ quare cum bonũ domeſticum et bonum totius familiæ ſit aliud bonũ a bono alicuius ſingularis perſone. Sicut bonũ cõmune ẽ aliud a bono aliquo ſingulari. Iconomicã ſiue prudentiam per quã quis ſcit regere domum et familiã: oportet eſſe aliã a prudẽtia: quia quis nouit ſeipſũ regere. ℭ Tertia ſpecies prudentiæ dicitur eſſe regnatiua: uel legũ poſitiua. Nã ſicut perſona aliqua ſingularis ẽ pars domus ita domus eſt pars ciuitatis et regni. et ſicut

bonum

bonum cõmune eſt aliud a bouo alicuius ſin gularis perſonæ. ſic bonum ciuitatis et Regni ē aliud a bono domeſtico. Prudētia uero re/ gnatiua et legũ poſitiua. i. prudentia quæ re quiritur in rege & principante: cuius ē leges ferre & regere regnum & ciuitatem: ē alia a prudētia yconomica quæ requiritur ī patre familias: cuius ē gubernare domũ. ymo quã to bõum ciuitatis & regni excedit bonũ do meſticũ: & bonũ alicuius particularis perſo/ næ tãto prudētia quæ requirit̃ in rege opor tet excedere prudētiã patrisſamilias. uel pru dentiam alicuius particularis hominis. Pro/ pter quod bene dictum eſt ꝙ ait Vegecius ī prio libro de re militari. ꝙ neqꝫ quēquã ma gis decet uel meliora ſcire uel plura quã prin cipem: cuius doctrina omnib9 ſubiectis pro deſſe poteſt. Inde eſt igitur ꝙ ī erudiēdo re/ ges & pricipes: hunc totalem librum diuiſi/ mus ī tres libros. quia in primo libro docui/ mus regem eſſe prudētem prout rex aut pri cipes ē quædam perſona ī ſe & prout habet ſeipſum regere. In ſecũdo uero docuim9 ip ſum ut ē paterfamilias: & ut habet diſpenſa re bõa domeſtica: In tertio uero erudit̃ Rex aut pricipes ut eſt caput regni aut principa/ tus. & ut habet ferr̃ leges & gubernare ciues Omēs autē tres prudentias decet habere re gē. uidelicet particularem: yconomicã & re/ gnatiuã. ℭ Quarta ſpecies prudentiæ dicit̃ eſſe pollitica ſiue ciuilis. Nã ſicut in princi/ pãte requiritur excellens prudentia qua ſci/ at alios regerẽ. Sic in quolibet ciue requiritur prudentia aliqualis qua noſcat adimplere le ges & mãdata principantis. Non eni ſic ob/ ſequitur ciuis principanti aut regi ſicut mar tellus fabro. quia in martello nulla eſt cogni tio: ſed ſolum agitatur a fabro. Sed ī ciue re quiritur prudētia aliqua per quã habeat bo nam opinionem de hiis quæ īperantur a Re ge. ℭ Differt autem hæc prudentia a prudē tia particulari: quam collocauimus in prima ſpecie. Nam aliud eſt ꝙ ſciat ſe regere ut eſt aliquid ī ſe. & aliud ut ſubiectus principantis

Nam & ſi quis ſolitariam uitam duceret: ad/ huc oporteret ipſũ habere aliqualē prudētiã qua ſciret ſe regere & gubernare: nõ tñ eſſet ī ipſo prudētia ciuilis nec yconomica nec re gnatiua. qa nõ eſſet ciuitas nec pars ciuitatiſ. ℭ Quita ſpecies prudētiæ dicitur eſſe mili taris. Nã regimen regni & ciuitatis: ſi ſit rec ctum & ordinatũ: aſſimilatur hiis quæ uide/ mus ī uno & eodem homine. Sicut ergo q libet homo habet duas uirtutes animæ. Vnã per quam ſequitur bonum & fugit malum. Et aliam per quam aggreditur: & reſiſtit pro hibētibus. Sicut quilibet ciuitas & regnum indiget duplici uirtute & duplici prudentia. uidelicet legum poſitiua & militari. ut per le gum poſitiuam tota ciuitas & totum regnũ proſequatur proficua & fugiat nociua. Per militarem uero & per operationem bellicã aggrediatur & ſuperet impedientia: & pro/ hibentia: Militaris ergo eſt quædam ſpeci/ es prudentiæ per quam ſuperantur hoſtes: & prohibentes bonum ciuile & commune. ℭ Ex hoc autem apparet ad quid ſit milicia īſtituta. Nam ſicut leges ut ſupra oſtendeba/ tur principaliter reſpiciunt commune bonũ Sic & milicia pricipaliter inſtituta eſt ad de fēſionem communis boni: ut ciuitatis aut re gni. Quare cum commune bonũ directe ui deatur impediri per impugnationem hoſtiũ ex conſequenti uero ex ſeditione ipſorum ci uium: & ex oppræſſione debilium perſona rum. Dicere poſſumus ꝙ ſicut ad fortem pri cipaliter ſpectat bene ſe habere in opere bel lico: Ex conſequenti uero ſpectat ad ipſum bene ſe habere in aliis terribilib9. Sic etiam ad milites principaliter ſpectat bene ſe habe re in opere bellico & per actiones bellicas oprimere inpedimenta hoſtium: Ex conſe quenti uero ſpectat ad ipſos ſecundum iuſ ſionem regiam: & ſecundum mandata prin cipantis impedire omnes ſeditiones: ciui um: & omnes oppræſſiones eorum: qui ſunt in regno: per quas turbari poteſt tran quillitas ciuium & commune bonum.

❡ Hāc autem rationem prudentiam uidelicet militarem maxime decet habere Regē: Nā licet executio bellorū: & remouere impedimēta ipſius communis bōi: ſpectet ad ipſos milites: & etiā ad eos quibus ipſe Rex Aut pricipes uoluerit cōmittere talia. Scire tamē quomodo cōmittēda ſint bella: & qualiter caute remoueri poſſit impedimētia cōmune bonum: maxime ſpectat ad principantē.

❡ Ex hoc ergo patere poteſt q̄les ſūt ad miliciam admittēdi. Nam milicia uidetur eſſe: quædam prudētia operis bellici: ordinata ad cōmune bonū. uidētur ſe habere milites in opere bellico ſicut magiſtri & doctores ī ſcientiis aliis. Quare ſicut nullus efficiendus eſt magiſter in aliis ſcientiis: niſi conſtet ipſum eſſe doctum in arte illa. Sic nullus aſſumendus eſt ad dignitatem militarem: niſi cōſtet ipſum diligere bonū regni & cōmune & niſi ſpes habeatur ꝙ ſit bonus ī opere bellico. & ꝙ uelit ſcdm iuſſionē principantis impedire ſeditiōes ciuium: pugnarē pro iuſtitia & ꝓ iurib⁹ remouere quæcūq; impedire poſſunt cōmune bonū. ❡ Ex hoc etiam patere poteſt oēm bellicā operationē cōtineri ſub militari. Nam licet bellare contingat homines pedites uel etiā equeſtres non exiſtentes milites. debent tamen milites eſſe magiſtri bellorum & ordinatores alioꝝ ī bello. ideo ſub militari dicitur opera belica contineri.

❡ Quæ ſunt regiones illæ ī quibus ſūt meliores bellatores: & ex quibus artibus eligēdi ſunt homines bellicoſi. Capitulum. ii.

VIDETVR quātū ad præſēs ſpectat ī ope bellico duo neceſſaria eē ſtrēnuitas bellādi. & prudentia erga bella q̄re ſi ſcire uolumus ī quibus regiōibus meliores ſūt bellatores oportet attendere circa prædicta duo. ❡ In partib⁹ igitur nimis propinquis ſoli non ſūt eligendi bellātes: qa ī eis deficit ſtrennuitas & animoſitas circa bellū. ut ait phūs. 7. politi. Ratio autē huius aſſignatur a uegecio primo libro de re militari caplo ſecūdo. ubi dicitur ꝙ natiōes quæ uicie ſūt ſoli nimio calore ſiccare. āplius quidē ſapiunt: ſed modicum habundant in ſāguine. & propterea non habent conſtantiam pugnādi neq; fiduciā. qa naturaliter metuunt uulnera. Nā cū naturaliter habeāt modicū ſanguinis naturaliter timēt ſanguinis amiſſionē. nō ergo ſunt ꝓmpti ad bella nec ad percuſſiones. ❡ Rurſus in partibus ſeptētrionalibus & nimis a ſole remotis nō ſunt eligēdi bellātes. & quia ſi illis eſt ſāguinis copia: ut uulnera non metuāt: tn̄ propter ſanguinis habūdantiā & impetum ſūt quaſi furibundi & iprudentes. Ideo nō omnino ſūt utiles opib⁹ bellicis. quia cōſiliū & prudētia ī dimicado nō eſt modicū utilis. Expimēto eni uidem⁹ & plane hoc uult phūs ſeptimo politi. ꝙ gētes nimis propinquæ ſoli habūdāt ſagacitate & iduſtria: ſed deficiunt impetu & animoſitate. Gētes uero a ſole remotæ econtrario prudētia deficiunt & animoſitate ſuperant. quare ſi tā animoſitas quam induſtria neceſſaria eſt in bellis: ex neutris partibus eligēdi ſunt bellatores. ſed ex regiōe media: nec omnino a ſole rēota: nec omnino ſoli propinqua eligendi ſunt bellantes: ut tam prudentia quā animoſitate participēt. ❡ Aduertendū tn̄ cætera talia documēta accipienda eſſe ut in pluribus. Nam in oibus ꝑtibus ſunt aliqui induſtres: & aliqui animoſi ut plurimū ſoli propiqui aioſitate deficiūt: remoti uero prudentia. ❡ Aduertendū etiā ꝙ licet in bellis tam animoſitas q̄ etiam prudentia ſit neceſſaria. magis tn̄ aioſitas eſt utilis. Ideo & ſi gentes oīno propinquæ ſoli: & oīno remotæ nō ſūt penitus utiles actib⁹ bellicis: magis tamē īter medias regiones eligēdæ ſūt ad opera bellica remotiōes a ſole: quā ꝓpinquores: ut mag. animoſitate participēt. ❡ Viſo ex quibus partibus meliores ſūt bellatores. Videre reſtat: ex quibus artib⁹ eligēdi ſunt bellantes. Enumeranda ſūt igitur ea quæ requiruntur in hominibus bellicoſis: ut ſciamus quales homines ſūt eligēdi ad bellū & ex quibus artibus ſunt aſſumendi bellātes.

❡ Sciendum

❡ Sciendũ ergo ꝙ cum bellantes debẽt habere mẽbra acta & aſſueta ad percutiendum non debeant horrere ſanguinis effuſionem debeant eẽ animoſi ad inuadendum & etiã potẽtes ad tolerandum labores. Dicere poſſumus ꝙ Fabriferrarii & Carpentarii utiles ſunt ad opa bellica. quia ex arte ſua habent brachia acta & aſſueta ad percutiendũ. Sic etiam utiles ſunt macellarii. quia nõ horrẽt ſanguinis effuſiõem. cum aſſueti ſint ad occiſionem animalium: & ad fundendum ſanguinẽ. Venatores etiam aprorum admittendi ſunt ad huiuſmodi opa. quia nõ ſine magna audacia cõtingit aliquos iuadere apros. Sunt ergo tales animoſi & ſtrẽnui ad bellãdum. Imo forte nõ minus periculoſum eſt: bellare cum apro: quam pugnare cum hoſte. Nam non timentes aprorum pericula ſignum eſt: eos non timere hoſtium bella. ❡ Rurſus uenatores ceruoꝝ non ſunt repudiandi ab actibus bellicis: eo ꝙ tales aſſueti ſũt ad labores nimios. Ex hiis ergo artibus propterea quæ diximus eligẽdi ſunt bellatores. ❡ Barbitonſores autem & ſutores ſi cõſideretur ars propria: ad pugnam ſunt inutiles. Nam nũquam bene uibrant clauam aut enſem: qui debet habeꝛ manum leuẽ: & nõ eſt aſſuetus retinere in manibus niſi raſorium aut acum. Quæ. n. ꝓportio eſt acus: ad lanceam: & raſorii ad clauam. Sic ẽt apothecarii aucupes & piſcatores non ſunt eligẽdi ad huiuſmodi opera; eo ꝙ non habeant artem conformem operibus bellicoſis. Poteſt ergo contingere ꝙ in qualibet arte ſint aliqui bellicoſi & audaces. Aliqui uero timidi & puſillanimes. Sed quantũ eſt ex genere artis: & ꝑut ars ipſa reddit hominẽ aptũ uel inherentẽ ad opus bellicum. Aliqua genera artium diximus utilia ad actiones bellicas: & aliqua inutilia.

❡ In qua etate aſſueſcendi ſunt iuuenes ad opera bellica: & ex quibus ſignis cognoſcere poſſumus homines bellicoſos.

Capitulum. iii.

DIXIMVS ſupra phũm uelle in. 7. pol. Iuuenes a. 14. anno ultra aſſueſiendos eſſe ad labores fortes: & ad labores militares & bellicoſos. Q đ cõcordat cũ Vegecio de re militari dicente: ꝙ a tempore pubertatis eſſueſcendi ſunt homites iuuenes ad militares labores. Imo quia quæ a iuuẽtute inchoamus nimis diligimus & delectãur in illis. Si uult legiſlator ciues bellatores facere & reddere ipſos aptos ad pugnandũ potius debet præuenire tẽpus q̃ præmittere. Nã ut ait Vegecius melius eſt: ut iuuenis exercitatus cauſetur ætatem nondũ aduenisse pugnandi gratia q̃ doleat præteriſſe. ❡ Eſt etiã ſpecialis ratio quare oporteat iuuenes ab ipſa iuuentute aſſueſcere: ad artem bellandi. quia non parua nec leuis ars eſſe uidetur armorum induſtria. Nam ſiue equitem ſiue peditem oportet eſſe bellantẽ: quaſi fortuitu uideꝛ peruenire ad palmam: ſi caret induſtria bellandi. Tam enim pedeſtri q̃ etiam in equeſtri pugna ſunt multæ adhibẽdæ cautelæ. Factum eſt quidem nõ prius: ſed tunc uelle addiſcere bellare: qñ iminet neceſſitas pugnandi. ubi uita periculis mortis exponiꝛ. Vt ergo ballatores habeant ſpaciũ addiſcẽdi ſingula: quæ requiruntꝛ ad bellum: ab ipſa pubertate aſſueſcendi ſũt ad opera bellica. Quare ſi legiſlator ut rex aut princeps debeat committere bellum uiros exercitatos & bellatores ſtrẽnuos debet aſſumere. ❡ Viſo in qua ætate aſſueſcendi ſunt q debẽt effici bellatores ad actiões bellicas. uidere reſtat ex qb⁹ ſignis cognoſci habeãt hoĩes bellicoſi. ❡ Sciẽdũ igiꝛ uiros audaces & cordatos utiliores eẽ ad bellũ quã timidos. Rurſus hoĩes fortes & duros corpore: q a potẽtiores ſunt uiribus: ſunt magis eligendi ad opus bellicum. Amplius cum uideamus aliqua animalia bellicoſa. Aliquã uero timida. Homines ſimiliores animalibus bellicoſis utiliores: uidentur eſſe ad bellum. ❡ Tribus igitur generibus ſignorum cognoſcere poſſumus bellicoſos uiros.

℃ Primo quidem per ſigna: ſecũdum quod arguitur animoſitas & audatia. ℃ Secũdo uero per ſigna ſecundum quæ oſtenditur uirilitas & fortitudo corporis. ℃ Tertio aũt per ſigna ſecundum quæ oſtenditur animoſitas & ſtrennuitas cordis uigilantia oculoꝝ & erectio ceruicis. Ideo dicit Vegeci⁹: q̃ado leſcens martio operi depudandus debet eẽ uigilantibus oculis & erecta ceruice. Signa uero per quæ oſtenditur fortitudo corporis & uires membrorum ſunt durities carnis & cõpactio neruorũ muſculorũ & lacertoꝝ. Nam ſecundũ phũm octauo polli. opus bellicoſum & induſtria mentis oĩno requirunt modum contrariũ. Nam ut ſcribitur in ſecũdo de aĩa molles carne aptos mẽte dicim⁹. Sed econtrario dicimus: duri carne habentes compactos neruos & lacertos ſunt uiroſi & fortiores corpore: ſunt aptiores ad pugnã. Signa uero conformantia nos animalibus bellicoſis ſunt magnitudo extremitatũ & latitudo pectoris. Videmus.n. leones & aĩalium fortiſſimos hẽre magna brachia & lactum pectus. Quando igit̃ in homĩe uidemus q̃ ſit uigilans oculis: erectus ceruice: durus in carne: compactus in neruis & muſculis habens longa brachia & latũ pectus debemus arguere ipm̃ eẽ bellicoſum & aptũ ad pugnã. Tales ergo quærẽdi ſunt bellatores. quia ut plurimum contingit eos eſſe aptos ad actiones bellicas.

℃ Quæ & quot habere debent homines bellicoſi ut bene pugnẽt. & ut eos ſtrennue bellare contingat. Capitulũ. iiii.

QVANTVM ad præſens ſpectat: enumerare poſſumus octo: quæ habere debent homines bellatores: ſecundum quæ quãtum ad præſens ſpectat inueſtigare poterimus quos aut quales bellatores debet rex aut princeps eligere. ℃ Primo enim oportet ut pugnatiuos homines poſſe ſuſtinere magnitudinem ponderis. ℃ Secundo poſſe ſufferre quaſi aſſiduos membroꝝ motus & labores magnos. ℃ Tertio poſſe tolerare parcitatem uictus. ℃ Quarto non curare de incommoditate iacendi & ſtandi. ℃ Quinto quaſi non appreciari corporalem uitam. ℃ Sexto non horrere ſanguinis effuſionem. ℃ Septimo habere aptitudinem & induſtriam ad protegendum ſe & feriendum alios. ℃ Octauo uerecundari & erubeſcere eligere turpem ſugaꝫ. ℃ Eſt enim primo neceſſarium bellantibus poſſe ſuſtinere põderis magnitudinẽ. Nam inermes a quacũq; parte feriantur ſuccumbunt. quare niſi qui poſſet ſuſtinere armorum pondera inutilis eſt ad bellũ. ℃ Secundo bellãtibus expedit poſſe ſufferre quaſi aſſiduos mẽbrorum motus. Nam ſi quis in bello non continue ſe ducat: aduerſarius non fallitur in percutiendo. quare ſemper exponit̃ ad percutiendum fortiores ictus expertum, eſtenim q̃ homine cõtiue ſe ducẽte & mouẽte: uix & nũquã ad plenũ aliqua percuſſio poteſt ipm̃ attingere: ſed ſemp uulnera ſubterfugit. Nã ſicut ſi ſignum ſe moueret & nõ ſtaret fixũ: nõ ſic de facili percuteretur ab arcu. Sic homo ſe circunuoluens. non ſic de facili uulneratur ab hoſtẽ. Continuus ergo mẽbrorum motus eſt neceſſarius ad uitandum plagas. Sic etiam eſt neceſſarius ad incutiendum eas. propter quod tales debent eſſe homines pugnatiui: ut diu tolerare poſſint aſſiduum membrorum motuꝫ.

Tertio homines pugnatiuos decet non curare de parcitate uictus. Non graue eſt ultra armorum pondera & eorum quæ requiruntur ad defenſionem exercitus deferre in abundandantia uictualium copiam. ymo quia et ſi abſq; grauamine adeſſet pugnantibus ciborum ubertas: adhuc eſſet eis neceſſaria abſtinentia: et non grauare ex nimio cibo: ut laborem pugnandi melius tolerare poſſent. Quarto decet eos non curare de incommoditate iacendi et ſtandi. Nam expedit aliquando pugnãtibus die noctuq; eſſe in armis. propter quod nec in ſtãdo nec in iacendo eſt eis commodum aut requies.

℃ Quinto

¶ Quīto decet ip̄os ꝓpter iuſtitiā & cōe bonū q̄ſi nō app̄ciari corporalē uitā. Nā cū tota op̄atio bellica expoſita ſit p̄iculis mortis: nunq̄ q̄s ē fortis aīo & bōus bellator: niſi aliquo mō ſit īpauid⁹ circa p̄icula mortis. Spectat enim ad fortem & ad bonum bellatorem: ut innuit philoſophus tertio ethicorum non curare in bello bene mori. Tunc enim quis dicitur bene mori in bello. quando iuſte bellans: ut pro defenſione patriæ: uel aliquo alio magno bono iuſte & audacter exponit ſe mortis periculis. Cum autem quis ultra quam debeat diligit corporalem uitam: de facili eligit turpem fugam.

¶ Sexto pugnantes nō debent horrere ſanguinis effuſionē. Nam ſi quis cor molle habēs muliebris exiſtēs horreat effundere ſanguinē: non audebit hoſtibus plagas infligere. & per conſequens bene bellare non pōt.

¶ Septimo decet eos habere apritudinē & induſtriam ad protegendum ſe: & ad fiendum alios. Nam ut dicit̄ primo ethicoꝝ. Finis militaris eſt uictoria. Sed cū omnis bellica operatio continetur ſub militari: ut ſupra oſtendet̄: & ut habetur a philoſopho: circa principium ethico. Omnis actiōis bellicæ dicet̄ uictoria eſſe finis. Quare cū maxime cōtingat bellantes uincere ſi bñ ſciāt ſe protegere & alios ferire. Induſtria protegendi & feriendi ualde eſt expediens bellatoribus. Qualiter autem talis induſtria habeatur: & qualiter ſit feriendum hoſtem: & quæ ad miniculantur ad iſta infra patebit.

¶ Octauo decet bellatores uerecundari & erubeſcere turpē fugā. Nam ut dicitur tertio ethicorum. Apud illos ſunt uiri fortiſſimi: apud quos honorātur fortes. Inter cætera autē quæ reddunt hominē bellicoſum: eſt diligere honorari ex pugna: & erubeſcere turpē fugam. ¶ Aduertendum autē q̄ cum dicimus bellatores non horrere effuſionem ſangunis nō debere multū appreciari corporalem uitam: & cætera quæ diffuſius cōnumerauimus: intelligēdum eſt ſi habeat iuſtum bellum. Nā pro defenſione iuſtitiæ & ꝓ cōmuni bono exponēda eſt periculo corporalis uita. non eſt cauēda effuſio ſanguinis: & cætera alia ſunt fiēda: per quæ iuſtitia & cōmune bonum defendi poteſt. Ex hiis autē plane patet quales bellatores & quos uiros pugnatiuos rex aut princeps eligere debeāt. Nam illi ſunt eligendi in quibus plura reperiunt̄ de hiis quæ requirunt̄ ad pugnā.

## ¶ Qui ſūt meliores bellatores: an urbāi & nobiles uel agricolæ & rurales. Ca. v.

n VMERATIS hiis q̄ hēre debēt bellatores uiri. Reſtat inq̄rere qui ſunt meliores bellātes: an urbanis an nobiles: an rurales. Videt̄ autē ſi conſiderent̄ p̄dicta: rurales meliores eē. Huiuſmodi aūt opinionis uiſus eſt eē Vegecius dicens: nūquam credo potuiſſe dubitari aptiorem armis eſſe ruſticam plebem: Ad hoc etiam uigētur facere quæ ſuperius diximus.

¶ Dicebat̄ enim uiros pugnatiuos tales eſſe debere: q̄ poſſent ſuſtinere magnitudinē ponderis: continuum laborē membrorum: parcitatē uictus: & incommoditatem iacendi & ſtandi: non timere mortē: non horrere ſanguinis effuſionem: & cætera alia quæ tetigimus in capitulo præcedenti. Conſtat aūt ruralē populum habere maxime prædicta. Sunt enim ruſtici aſſueti ad magnitudinem ponderum. Nō enim in bellis grauabit eos armorum ſarcina: q̄ aſſidue tempore pacis aſſueti ſunt ad maiora pondera. Nec ēt eos fatigabit curſus uel ductio brachiorum: uel alioꝝ mēbrorū motus: qui ad hos & ad maiores labores ſūt cōtinue aſſueti. Rurſus eos nō affliget parcitas uict⁹. qb⁹ pot⁹ aquæ ſatiſfaciebat in ſiti. & groſſus pāis ſufficiebat ad eſū. ampli⁹ rurales nō affligūt̄ ex icōmoditate iacēdi uel ſtādi: q̄ ſolis ardorē n̄ timēt umbras nō curāt. balneoꝝ ſolacia neſciūt in ſolida terra iacētes ſuaui⁹ dormiūt q̄ urbāi et nobiles reqeſcāt in fulcis. Hos ēt ꝓbabile ē nō multū timere mortē. Nā tāto q̄s magis mortē tiere uidet̄: quāto magis delicate ui-

xit: & quanto plurimum ſolaciorum eſt ex/pertus in uita. Hii etiam non uidentur hor rere effuſionem ſanguinis. Nam inter cæte ras gentes ruralium gens uidetur eſſe crude lius. Ad hæc igitur intendentibus uidetur cẽſendum eſſe meliores bellatores eſſe rura les. ℂ Sunt autem alia per quæ uidetur oñ/di urbanos & nobiles meliores eſſe pugnan tes: Nam inter cætera per quæ quis redditur bonus pugnatiuus eſt: ut dicebatur uelle ho norari: ex pugna & erubeſcere turpem fu/gam. Hoc eſt enim ut ait philoſophus ter/tio ethicorum: ꝙ Hectorem fecit audacem: Dicebat enim Hector. Si ex pugna fugiam: Polamidas mihi redargutiones ponet. Sic etiam & dyomedes hoc modo effectus fuit ſtrennuus quia dicebat. Si in bello terga uer tam: Hector econtionabitur in Troyanis: Dicet a me deuictus eſt dyomedes. Quare cum uelle honorari & erubeſcere de aliquo turpi facto magis conueniat nobilibus quã rusticis. Hii meliores eſſe uidentur ad pu/gnam: eo ꝙ uerecundentur fugere. ℂ Rur/ſus in bello multum ualet induſtria & pru/dentia. Nam ſagacitas & uerſutia aliquan/do plus faciunt ad optinendam uictoriã q̃ corporis fortitudo. Quare cum communi ter nobiles homines induſtriores ſunt ruſti cis. ſequitur hos meliores eſſe pugnantes: Videntẽ enim hæc duo maxima eſſe ad op/tinendam uictoriam. uidelicet erubeſcentia fugiendi & ſagacitas bellandi. ℂ Vt ergo ſciatur quid ſit de quæſito tenendum opor tet aduertere. ꝙ ſecundum diuerſitatem pu gnarum diuerſi eligendi ſunt bellatores. po teſt enim eſſe pugna pedeſtris & equeſtris. In pedeſtri itaqꝫ certamine magis eligendi ſunt rurales quam nobiles: eo ꝙ illis maxi/me ualet aſſuefactio ad portationem pon/derum & tolerantiam laborum. In equeſtri uero magis eligendi ſunt ipſi nobiles: eo ꝙ equorum ipſorum fortitudo ſupplet defe/ctum quem patiuntur nobiles in non poſſe tantos ſuſtinere labores: quantos conſueue/runt ſuſtinere rurales. In huiuſmodi enim pugna: nimium ualet bellandi ſagacitas ſo/ciata erubeſcentiæ fugiendi. ℂ Sciendum tamen ꝙ ut nobiles ex omni parte effician/tur ſtrennui bellatores: aſſueſaciendi ſunt ad portandum armorum pondera: & ad ſu/ſtinendum laborem & motum brachiorum & aliorum membrorum corporis: ut requi/rit operatio bellica. Quæ aute; & quot ſunt illa ad quæ debeant exercitari bellantes in ſequenti capitulo oſtendetur.

polidamas

ℂ Quod in opere bellico nimiũ ualet exer/citatio armorum: & ꝙ ad uincendum gra/datim & paſſim & ad curſum & ſaltũ exer/citandi ſunt bellatores. Capitulũ. vi.

[R]ECITAT Vegecius in libro de re militari: exercitationẽ armorũ & induſtriã bellandi fuiſſe ea quæ terrarũ orbẽ Romano populo ſubiecerũt. Nam quid potuiſſet paucitas Romanorum aduerſus multitudinem Hiſpanorũ contra dolos Affrorum & pedentias græcorũ: ni ſi paruuli fuiſſent exercitati in armis: & ma/gis habuiſſent bellandi induſtriam. Non eſt enim inconueniens uirum prudentem & ſa gacẽ in uno propter particularium inexperi entiam eſſe imprudentem in aliquo. Vnde multotiens contingit ꝙ prudentes in rebus aliis propter inexercitium armoꝝ non ſunt induſtres in bellis. Exercitium enim in quo libet negocio præbet audaciam: ut non me tuat illud facere. Nã quia ſecundum Vegeci um. Nemo facere metuit quod ſe bene didi ciſſe confidit. Inde eſt ꝙ tãtum ualet armo rum exercitium: quod in bellorũ certamine paucitas exercitata ſit prompta ad uictoriã. Et multitudo rudis & indocta ſemper ſit ex poſita ad fugam & ad cædes. ℂ Viſo armo rum exercitium eẽ perutile: ad opera bellica Reſtat oſtẽdere quomodo exercitandi ſunt bellantes ad incedendum gradatim & paſ ſim: & ad curſum & ad ſaltum. Nã iſta ut in ꝓſequẽdo patebit: neceſſaria ſũt in bellis & inexercitatio circa ipa: bellãtibus ẽ nociua.

ℂ Primo

¶ Prio enim milites & ipi pedites: & uni
uerſaliter bellantes aſſueſcendi ſunt ad gra/
dum & paſſum bellicum: ut gradatim per/
gant ita ut quilibet ſe in ſuo ordine teneat.
Nam ſi acies ſiue peditum ſiue militum nō
ordinate incedat duo mala inde conſequun
tur. Nam nō ſeruato debito ordine: in una
parte erit acies quaſi ſparſa & peruia ultra
quam debeat. In alia uero arta & ſtricta plus
q̄ oporteat. ¶ Primo ergo ex eo ꝙ in ali/
qua parte per uia eſt citius ab hoſte per/
forabitur: & per conſequens debellabitur.
¶ Secundo in parte illa in quā nimis arta
eſt: impedietᷣ ad percutiēdum. Nā cū bella
tor a ſuo cōſocio nimis comprimitᷣ: ſua im
pediuntur brachia: ne poſſit hoſtibus: pla/
gas infligere. Hæc.n. duo in acie ſunt neceſ
ſaria: ut ſcilicet nō poteſt de facili perforari
ab hoſtibus: & non impediatᷣ ad percutien
dū: ꝙ niſi ſeruato debito gradu & debito or
dine in inceſſu fieri nō poteſt. Tam ergo pe
dites q̄ eq̄tes bellatores ante quā bella exer/
ceant: ſunt multotiēs ſimul congregandi: &
exercitandi: ut operati armis ordinate ince/
dant: ac ſi deberent pugnam cōmittere. Et
cum uiderit magiſter bellorum: aliquē non
tenere ordinē debitum in acie ipſum incre/
pet & corrigat. uel ſi nimis delinquat ipſum
omnino repellat ab acie tāquam inutilē bel
latorē. ¶ Secundo exercitandi ſunt bellato
res tam pedites q̄ equites ad curſum: ut ſint
abiles in præcurrendo. Videtᷣ enim hoc ua/
lere ad tria. ¶ Primo ad explorandū inimi
corum facta. Non bonum eſt in exercitu ali
quos exiliores præcurrere: qui de facili non
poſſint ab ipſos hoſtibus comprænhendi:
explorantes conditiones & facta hoſtium.
¶ Secundo hoc eſt utile ad optinendū me
liorē locū. Nā & locus multum facit ad pu/
gnā. Ideo ſi bellatores exercitati ſunt ad cur
ſum: facilius optinebunt aptiorē locum ad
pugnandum. Eſt etiam hoc utile ad perſe/
quendum hoſtes fugientes. Nā nō de facili
quis poteſt euadere manus agiliū & præcur
rētium. ¶ Tertio exercitandi ſunt bellato/
res ad ſaltum ut ſciant ſaltim uel per ſaltum:
incedere. Quod ēt ad tria eſt utile. Primo
ad remouēdum impedimēta. Secundo ad
terrendum aduerſarios. Tertio ad infligen/
dum maiores plagas. Contingit.n. aliquan
do inuenire foſſas & alia ipedimenta in uia
quæ ſine ſaltu in uia tranſire nō poſſunt qua
re utile eſt ad remouenda impedimenta: &
equites ut ſic ſint docti: ut ſciant equum ſic
pungere: ut per ſaltum foueas & alia impe/
dimenta pertranſeant: & pedites & etiam
milites: ſi contingat eos pedes eſſe: ſi uolūt
boni bellatores exiſtere. ſic ad ipſa iuuentu/
te exercitandi ſunt ad ſaliendum: ut poſſint
per ſaltum foueas & alia impedimenta tran
ſire. Terrentur etiam ex hoc aduerſarii: quā
do ſic uident hoſtes per ſaltum incedere.
¶ Rurſus ipſe ſaltus ratione motus facit: ut
plaga amplior infligatur.

¶ Quod non ſufficit ad incedendum ſe/
rio & gradatim: & ad curſum & ſaltū exer
citare bellantes: ſed ſunt plura alia ad q̄ exer
citandi ſunt homines bellicoſi. Ca. vii.

P OSSVMVS autem præter tria
prædicta: ad quæ exercitandos di
ximus bellantes enumerare octo
alia: ad quæ exercitari debēt hoīes bellicoſi.
¶ Primo enim exercitandi ſunt ad portan
dum pondera. ¶ Secundo ad inuadēdum
& percutiēdū cum claua. ¶ Tertio ad emit
tendum tela ſiue iacula: & percutiendum cū
lancea. ¶ Quarto ad iacendum ſagittas.
¶ Quinto ad proiiciēdū lapides cum fun
dis. ¶ Sexto ad percuciēdum cum plumba
tis. ¶ Septimo ad aſcendendum equos.
¶ Octauo ad ſciendum artem natandi: eēt
etiam ulterius dicēdum: quando exercitan
di ſunt bellatores ad percuciēdum cum gla/
diis & enſibus. Sꝫ de hoc ſpeciale capitulū
faciemus. ¶ Primo.n. ſunt bellatores exer/
citandi ad portandum pondera: ut plus pō/
deris portare aſſueſcunt: ēt q̄ ſit armorum
ſarcina. Nā cōſuetudo eſt quaſi natura quæ

dam; Cum ergo quis aſſuetus eſt ad portandum maius pondus: uidetur ſibi quaſi qđ leuiꝰ icedat: ſi oneretᷣ quodã mĩori põdere. Rurſus non ſolũ una: ſed etiã plura alia ſũt ferenda in bello. Ideo etiã ad maiora põdera nõ eſt iutile aſſueſcere bellatores. ℂ Secũdo exercitãdi ſunt bellantes ad inuadendum & percutiendum cuꝫ claua. Recitat.n. Vegecius: ꝙ antiquitus apud romãos in cãpo aliquo multi pali infigebantur: & iuuenes quos uolebãt facere optimos bellatores exercitabãt ad palos illos: ita ut quilibet haberet ſcutũ dupli ponderis: ꝗ̃ ſit ſcutum qđ portatur in bello. & clauam ligneam etiã dupli põderis: & quilibet illorũm iuuenum. ſic oneratus contra aliquem illorum paloꝝ quaſi contra aduerſarium incedebãt: & tũc percutiebat palũ in ſummitate tũc in ymo: nũc in medio. & contra palum illum ſic impetuoſe ſe gerebat percutiẽdo ipm & cooperando ſe ad alia faciendo quæ requiruntᷣ ad bellũ: ac ſi contra hoſtem dimicaret: & cum diu mane & ſero iuuenes ſic exercitati eẽnt. cum poſtea ueniebant ad bellum: nõ grauabantᷣ in percutiendo cum claua. uel in ſuſtinendo quoſcũqꝫ labores bellicos. ℂ Tertio exercitandi ſunt bellatores ad mittẽdum tela & iacula: & ad percutiendũ cum lancea. quod etiam ad defixũ paluꝫ fieri habet. Fiebat enim antiquitus ut cum iuuenes exercitati erant ad percutiendum palos infixos cũ claua: ꝙ exercitabantᷣ ad percutiendum cũ telo uel cũ iaculo ſiue cum lancea. Stabant enim remotis & aſſuefaciebant brachia: ut poſſent palũ percutere uel ſaltẽ prope ipm proiicere. Eſt autem attendẽdum ꝙ in pro proiiciẽdo telum aut lanceam primo uibrãdum eſt telum ipm: & poſtea fortiter impellendum. uibrando enim telũ propter maiorem motum quem efficit in aere: lõgius pergit & amplius nullus infligit. ℂ Quarto exercitandi ſunt bellantes ad iaciendũ ſagittas uel cum arcubus uel cum baliſtis. Nã qa cõtingit ꝙ ipſos hoſtes nõ poſſumus immediate attingere. utile ẽ eos ſagittis impugnare. ymo dato ꝙ pugnãtes ſe cũ hoſtibus poſſint cõiungere antequã coniungantᷣ: proficuũ eſt eos arcubus & baliſtis terrere. Legitᷣ enim de affricão Scipione: ꝙ cũ pro populo Romano certare deberet: nõ aliter cõtra hoſtes ſe obtinere credebat: niſi in omnibus aciebus electos ſagittarios miſcuiſſet. ℂ Quinto ſunt bellatores exercitãdi ad iaciendum lapides cum fundis. Hic enim modus bellandi in quibuſdã marinis inſulis fuit inuentus: in quibus pueri: ut Vegecius recitat: adeo induſtrẽs erant ut matres nullum cibum eis exhiberent: cũ nõ primo cum funda percuterent. Eſt enim hoc exercitiũ utile quia fundam portare nullus eſt labor. Interdum tñ euenit in lapidoſis locis habeatᷣ cõflictus: & ut mons ſit aliquis defendẽdus. In impugnatione etiã caſtrorum & ciuitatum non inutile eſt lapides cum fundis eiicere. ℂ Sexto exercitãdi ſunt bellãtes ad percutiendum cum plumbatis. Nã pila plumbea uel ferrea cũ cathena aliqua coniuncta manubrio lineo uehæmentẽ ictum reddit. Nã propter uehæmentiorẽ motum aeris uehæmentius percutit pila cum cathẽa hoſte infixa: ꝗ̃ ſi ipi haſtæ uel ipſi manubrio lineo eſſet cõiuncta. Ad omne enim genus pcuſſionum exercitandi ſunt bellantes: ut cõtra alios & alios hoſtes: aliter & aliter pcutiendo dimicẽt. ℂ Septimo bellatores exercitãdi ſunt aſcenſiones equorũ. Nam ut Vegecius recitat: fiebãt antiqtus equi lignei: ad quos aſcendendos iuuenes in yeme exercitabantᷣ ſub tecto. æſtate uero in cãpo. & prio equos illos aſcendebãt inermes: deinde armati: & adeo ad hoc aſſuefiebant: ut a ſiniſtris & a dextris: & undiqꝫ equos illos aſcenderent. Imo ꝙ plus erat: euaginatis mediis gladiis aſcẽdebãt i illos. In tãtũ ergo circa hoc exercitabatur in pace ꝙ in tumultu ꝑlii ſine mora de facili aſcẽdebãt equos. ℂ Octauo aſſueſcendi ſunt bellatores: ut ẽt naturæ ſciant Nã nõ ſemper pontes ſunt prompti & multotiens

totiens ignoratur aquæ profūditas propter qđ ex ignorantia natandi contingit multos periclitatos eſſe. Inde eſt ꝙ apud Romanos antiquitus conſuetudo erat: ꝙ iuuenes futuri bellatores poſtq̄ ꝑ magnam partem diei exercitati eſſent ad arma: ſi tēpus erat natationi congruum: ducebantur ad fluuium: ut artem natandi addiſcerent. ymo nō ſolū pedites ſed equites: & etiā ipſos equos ad natādum exercebāt. ¶ Aduertendum autem: ꝙ prædictorum exerciciorū: Quædā ſūt magis propria equitib⁹. quædā peditibuſ. quædā utriſq;. Quod quō ſit: non magna conſideratio eget: & ſolertem mentē latere non poteſt. Nam aſcendere equos eſt proprium equitibus. proiicere lapides cū funda: uidet̃ eſſe proprium peditibus. Alia uero ſunt aliquo modo applicabilia ad utroſq;.

¶ Quod eſt in exercitu facere foſſas & cōſtruere caſtra: & qualiter caſtra ſūt conſtruenda: & quæ ſunt attendēda in conſtructione caſtrorum. Capitulum. viii.

n EGOCIA bellica īter cætera periculoſiora eē uidēt̃. Ideo ī eis ē magna diligētia adhibenda. In talib⁹ igitur nō poteſt quis ſuper habundare cautelis. In pugna enim omino eſt eligēdū maiorem diligentiā habuiſſe: q̄ bella cōmiſſa requirerent. quam circa ipſa in aliquo neglexiſſe. Nā recitat Vegecius dixiſſe Catonem: ꝙ ī aliis rebus ſi quid erratum eſt: pōt poſtmodū corrigi. Delicta uero bellorū emendationē non recipiunt: ſed ſtati pœna errorem conſequitur. quia imperite & īprudenter pugnantes: uel confeſtim pereunt: uel ī fugam perverſi: adeo efficiuntur timidi ꝙ cōtra ſuos uictores uix aut nunquā audent bella committere. Quare ſi ī bellis omino eſt ſuperabundandum cautelis: nō eſt prætermittēdū quicquid in aliquo caſu poteſt exercitui eſſe proficuū ne debelletur ab hoſtibus. Contingit autem pluries diurno & nocturno tēpore: ꝙ exercitu abſq; foſſis & caſtris exiſtente & nō credētes hoſtes eſſe propinquos. ſuperuenientibus hoſtibus fugit exercit⁹ debellatus. igitur poſtquā exercitus ſuam dietam cōplerūt & alicubi uult pernoctare uel ulteriorem moram contrahere: ſi ad locū illum ī aliquo caſu: uel in aliquo euētu hoſtes ſuperuenire poſſunt: ſtatim circa exercitū fiendæ ſūt foſſæ: erigēdæ mūitiōes aliq̄ quaſi ad modū caſtrorū. qa nihil neq; tam ſalutare neq; tā neceſſariū inuenit̃ in bello ſicut ſi debite ſunt factæ munitiōes & recte cōſtituta ſint caſtra ita ut infra caſtrorū ſpacia torus exercitus ſecurus permaneat: quādocūq; & undecūq; ſuperueniētes hoſtes obſiderāt. Debet eni exercitus ſecum ferre monitiones congruas ut cum caſtrametari uoluerint: quaſi quandam munitam ciuitatem ſecum portaſſe uideat̃. ¶ Viſo utile eſt eſſe circa exercitū facere foſſas & conſtruere caſtra. Reſtat oſtēdere quō hmōi monitiones & caſtra ſunt cōſtruēda. Nam ſi hoſtes ſūt abſentes: facile eſt foſſas circa exercitū fodere: munitiones erigere & caſtra conſtruere. Sed ſi aduerſarii præſētes aſſint: difficilius ē caſtra munire. Sunt enim in tali caſu duo neceſſaria. uidelicet hoſtibus reſiſtere & caſtra conſtruere. In tali ergo euētu ſ̄m ſapientū ſententiā: eſt exercitus diuidēdus. ita ꝙ omēs equites & una pars equitū: debet ordinari ī acie ad pellendum impetū hoſtiū: Reliqua uero pars peditum quæ poſſit ſufficere ad celerē cōſtructionē caſtrorū. debet celeriter caſtra cōſtruere: Oportet aūt ſemper cōſtruēdis caſtris & faciēdis foſſis. aliquos magiſtros præſtitui: qui negligētes ſolicitēt & unicuiq; iniungant ꝙ ipſū oporteat facere. ¶ Oſtēſo utile eſſe caſtra cōſtruere. & qualiter etiā præſētibus hoſtibus conſtruēda ſint caſtra. Reliquū eſt declarare: q̄ ſunt attendenda in conſtructione caſtrorū. ¶ In faciēdis enim foſſis & ī conſtruēdis caſtris īteri quorum ſpacium eſt exercitus collocādus. Tria ſunt conſideranda. uidelicet: ſitus: forma: & munitiōis modus. ¶ Circa ſitū quātum ad præſens ſpectat ſunt quatuor attēdenda. Primo ut ſit ibi copia aquæ & ali

orum quæ ſunt exercitui neceſſaria. Secūdo nō debet eſſe ibi uicimꝰ mons aliquis: a quo poſſit exercitus impugnari. Tertio circa ſitū conſiderandum ē ſpaciū: ut pro numero bellatorum accipiendum eſt ſpaciū: circa quod ſūt munitiones erigendæ: ut non accipiatur de ſpacio ultra q̄ requirat hmōi multitudo: nec etiam accipiatur tām modicꝰ: ut ultra q̄ debeat: oporteat exercitū conſtringi & conſtipari. ℂ Quarto ſi oporteat illico aliū exercitum moram contrahere: & aſſit poſſibilitas: eſt eligenda circa ſitum ſalubritas aeris. Nam in exercitu non ſolum cauenda ſunt uulnera hoſtium: ſed ut offert ſe facultas: cauendæ ſunt peſtes morborum. ℂ Declarato ergo quæ ſunt attendenda circa ſitum caſtrorum. declarandum eſt qualis debeat eſſe eorum forma. Videtur autem uelle Vegecius: munitiones & foſſas fiendas circa exercitum debere habere formam quadrilateram oblongam. Attamen quia figura circularis eſt capaciſſima: eſt elegibilius facere munitiones: ſecundum circularem formam: uel ſecū dum multorum angulorum. qa ſi multū timeret de impetu hoſtiū: oporteat foueas facere multorum angulorum. eo ꝙ illa eſt magis defenſioni apta. ut infra patebit. talis ita ꝙ forma eſt melior i cōſtructione caſtrorū ne loci ſitus impediat. Nā contingit aliquādo ſitum illum nō pati talem formam. In tali ergo caſu: conſtruēda ſunt caſtra ſemicircularia. triangularia: quadrata. uel aliquam formam aliam quā requirit diſpoſito & aptitudo ſitus. ℂ Porta autem pricipalis ex illa pte fienda ē: quæ reſpicit hoſtes. uel circa quā profectus eſt exercitus. Sunt etiam in caſtris ponenda inſignia: ad terrendū hoſtes. & etiam ad hoc ut ſi cōtingat aliquos de exercitu elongare a caſtris: uiſis iſignis melius ſciant ad caſtra redire. ℂ Hiis itaqꝫ pertractatis: ſupereſt uidere quis munitionis modus attendēdus ſit in conſtructione caſtrorum. Nam ſi exercitus diu ibi morari intēdat: eligendæ ſūt fortiores munitiōes & fiēdæ ampliores foſſæ. Sed ſi ſolum ibi pernoctare cupit: Aut ibi debent per modicum tempus exiſtere: non oportet tantas munitiones expetere. ℂ Modum autem & quantitatem foſſarū: tradit Vegecius dicens: ꝙ ſi nō imineat magna uis hoſtiū: foſſa debet eſſe lata pedes nouem: alta ſeptem. Sed ſi aduerſariorum uis acrior iminet: contingit foſſam ampliorē & altiorē facere. ita ut ſit lata pedes. xii. & alta nouem. ℂ Eſt tamē aduertendū ꝙ ſi foſſa ſit alta pedum. ix. propter terram eiectam ſupra foſſam creſcit quaſi pedes quatuor. ita ꝙ tota foſſa alta erit quaſi pedes. xiii. debet eē foſſa i ante: ex parte hoſtium. & terra proiecta eſt ad partem itra ubi eſt exercitus collocandus. In terra autem illa figendi ſunt ſtipites & ligna & munitiōes aliæ: qs ſecū exercitꝰ portarī debet. Sic ergo caſtris cōſtitutis: ſic foſſis factis: poterit exercitꝰ morari ſecurus.

ℂ Quæ & quot ſūt cōſiderāda in bello: ſi debeat publica pugna cōmitti. Capitulū. ix.

Ut patꝫ phabita: circa negocia belli ca eſt cautela maxīa adhibēda. Nā qa bellorum caſus irremediabiles ſūt. diligenter uidenda ſunt: quæcunqꝫ circa bella conſideranda exiſtūt: prius quā pugna publica cōmittatur. melius ē pugnam nō cōmittere: quā abſqꝫ debita præuiſiōe fortūæ & caſui ſe exponere. Videmus autē in bello: duo exiſtere: uidelicet uiros pugnātes: & auxilia alia quæ requiruntur ad pugnā. ℂ Ex pte autē uirorum pugnantiū quantū ad præſēs ſpectat: ſex ſunt attendenda. Sicut etiam ex parte auxiliorum & adminiculātiū ad bellum: ſex alia enumerari poſſūt quæ etiā ſunt attendēda. In uniuerſo igitur rex aut princeps aut dux exercitus: qui debet eſſe uigilans ſobrius: prudēs & induſtris. xii. debet conſiderarī: ſex ex parte uirorum bellatorū. & ſex ex parte amminiculātiū. Prius q̄ eligat publicā pugnā cōmittere: ſunt enim ſex ex parte hominū bellatoꝝ quæ faciūt ad optinendā uictoriā. ℂ Primū eſt numerus bellātiū. Nā ubi plures ſūt bellantes cæteris paribus aliis

ſecundum

ſecūdum q̄ huiuſmodi ſunt: uictoriā obtiēre debēt. Nā ut dicit̄. 2. polli. quantitas ī cōpugnatiōe ē utilis: ſicut maius pōdus magis trahit. ¶ Secūdo ex parte bellatorū attēdēda eſt exercitatio: nam habētes brachia inaſſueta ad percutienda: & membra īexercitata ad bellandum deficiunt ī ſuſtinendo pugnam. Eſt eni cōſuetudo quaſi altera natura ut quilibet uirilius & expeditius & ſine minori labore & pœna faciat opera cōſueta. ¶ Tertio attēdēda ē tolerātia erga neceſſitates corporis: nā exñtes ī exercitu oportet multa īcōmoda tolerare: quare ſi ſint ibi aliqui molles & mulliebres rēnuētes incōmoditates aliquas ſuſtinere deuicti propter incōmoditates q̄s ſuſtinēt bellare recuſant & exercitū fugiūt. ¶ Quarto cōſiderāda ē fortitudo & duricies corpis. Multū. n. intereſt inter duriciē ferri & molliciē panni ſirici & īter ſuauitatem ludi & aſperitatē pugnæ. Cōſiderato. n. bello ī uniuerſali oēs uolūt eſſe bōi bellatores ſed poſtq̄ ueniūt ad experiētiā particulariū geſtorū: & guſtāt quāta ſit duricies ferri. & quātum armoꝝ pondus. & quātus ſit labor pugnæ. & quantū affligūt uulnera hoſtium: ut plurimum eſt durus carne & robuſtus corpe. ſi propter talia non retrahitur a bellādo. Nam & ſi contingat molles carne: etiā poſtq̄ guſtauerūt bella appetere pugnā hoc eſt ut raro. Nā habentes carnes molles ut ſupra tangebat̄ ſunt aptiores ad intelligendū ſed ut plurimū ſunt inepti ad pugnādū. Nā tales difficilius ſuſtinent armoꝝ pondus: uehæmēti⁹ dolent ex illatiōe uulneꝝ. ¶ Quinto conſiderāda eſt in bellantibus uerſucia & īduſtria ad bellandum. Nam quanto cautiores ſūt bellatores: tanto citius uictoriā optinent. ¶ Sexto attendenda eſt uirilitas & audacia mētis. qa audaciores & magis cordati: ut plurimū ī pugna uictoriam optinēt. Rex igitur aut principes uel dux exercitus priusq̄ publice dimicet ex parte homīum bellatorū ſeptem conſiderare debet: Primo ex qua parte ſūt bellatores plures. Secundo qui ſūt magis exercitati. Tertio qui ſunt fortiores ī ſuſtinēdo neceſſitates & īcōmoda. Quarto qui ſūt robuſtiores & duriores corpe. Quinto qui ſūt induſtriores & ſagaciores mente. Sexto qui ſūt audaciores & uiriliores corde & tūc dux ſobrius & uigilans prout uiderit ſuum exercitum in hiis conditionibus abundare aut deficere: poterit accelerar̄ pugnam: uel differre. & bellar̄ publice & aperte. uel p̄ inſidias & latēter. ¶ Enumeratis ſeptē conditionibus quæ conſiderandæ ſunt prius quā committatur bellū publicum ex parte hominum bellatorum. Reliquū ē enumerare ſex alia quæ ſumuntur ex parte amminiculātiū & eorū quæ auxiliantur ad bellum. In bello quidem auxiliantur eq: arma: uictualia: & loca pugnandi: tempus & auxiliū præſtolat̄. ¶ Debet igitur Dux exercitus conſiderare: Primo ex qua parte ſūt plures equi & meliores: Secundo ex qua parte ſunt meliores ſagittarii. plures armati & habētes meliora arma. Tertio ubi plus uictualia abundant. Na aliquādo abſq̄ uulnere & abſq̄ bello aduerſarii cedunt deficiētes ī uictualib⁹ & ob mēdicitatem non ualentes moram contrahere. Quarto conſiderādus eſt pugnationis loc⁹ qui ſunt in altiori ſitu uel meliori ad pugnandum. Quinto circa pugnam attendēdum ē tempus utrum tempore quo committēda eſt pugna: ſol ſit oppoſitus faciebus eorū uel hoſtium. & utrum ſit aliqnis uentus flanſ & eleuans puluerem contra ipſos: uel contra aduerſarios. Nam habentes ſolem & uentum ſiue puluerem contra ſe offendentur in oculis: ut dimicare non poſſint. Sexto eſt attendendum qui plures auxiliatores expectant. Nam ſi hoſtes plura expectant auxilia: uel non eſt bellandum: uel acceleranda eſt pugna: Si autem ipſi plures auxiliatores expectant non eſt compugnatio differēda. ¶ Hiis itaq̄ igitur omnibus diligēter inſpectis: prudens dux exercitus ſufficiēter aduertere poteſt: utrum debeat publicam pugnā committere. Nā prout uiderit ſe in pluribus

conditionibus pfatis habūdare uel deficere Sic ſe habeȓ poterit erga bellū. forte enī nū q̄ contingeret oēs condiriōes pfatas concurrere ex una pte: ubi tñ plures & meliores cōditiōes cōcurrūt ē pars potior ad bellādum.

℃ Quod utile eſt in bello ferre uexilla & conſtituere duces & præpoſitos: & quales eſſe debeant qui in exercitu uexilla portant. & qui equitibus & peditibus præponuntur. Capitulum. x.

SEMPER uirtus unita fortior ē ſe ipſa diſperſa & cōfuſa. Cōtigit aūt aliquādo cōmiſſo bello ordīes: & acies turbari & confundi. Ne igitur hoc poſſet accidere: obſeruabatur antiquitus: ut diuideretur exercitus in turmas & acies: & ſingulis ſingula uexilla conſtituebāt. ita ut in quolibet uexillo per litteras uel aliqua euidentia ſigna aperte oſtenderetur. cuius aciei. uel cuius turmæ eſſet uexillum illud. ut ſi contingeret aliquem bellatorē deuiare a propria acie de facili rediret ad illam. utile ergo fuit ī bellis inſignia & uexilla deferre ne cōfūdereȓ exercitus. ℃ Rurſus conſtituere expediebat duces conturiones: decāos: & alios præpoſitos belli. Nam totus exercitus habet ſe ad ſimilitudinem unius corporis: quare ſicut omnia menbra coporis ſe inuicem iuuant: Sic omnes bellatores & oēs partes eiuſdē exercitus ſe inuicem defendunt. Quare ſicut cōfundūtur membrorum opera: niſi dirigantȓ per ipſū caput: in quo uiget ſenſus & cognitio. Sic cōfunduntur bellatores in exercitu: ſi careant centurione & duce: qui debet eſſe eorum caput & eorū directiuum. Inde eſt ꝙ antiquitus ne accideret confuſio in bello: cōſtituebatur dux aliquis: qui toti exercitui erat præpoſitus. Sub hoc autem duce erant cēturiones. Sub cēturione uero decani. Dicitur enim decanus a decem. Sic centurio acentū Habebat enim Centurio ſub ſe decem decanos. ita ꝙ præerat centum bellatorib⁹ & decem decāis. quorū quilibet decanorum ſub ſe decem uiros pugnatiuos habebat. In galea enim centuriōis ſcriptæ erant litteræ aliquæ: uel ſignum aliquod euidēs: quod reſpiciētes decani agnoſcebant centurionem proprium: & ſcieban quoniam ſequi deberent. Sic etiam in galea cuiuſlibet decanorum ſignū aliquod erat impreſſum: per quod decē bellatores uiri: quibus ipſe erat præpoſitus: decāum propriū agnoſcebāt. Hoc itaq; mō uel alio tam in aciebus equitum: q̄ etiam peditum coſtituendi ſūt duces & præpoſiti: & ferētes uexilla: ut quilibet ſciat quid debeat agere. Eſt enim tantus terror in bello: propter armorum ſtrepitum & percuſſiones illatas: ꝙ uerba & monitiones: non ſufficiunt: ad dirigendū bellantes. ſed oportet dare euidētia ſigna: ut quilibet ſolo intuitu ſciat ſe tenere ordinate ī acie: & cognoſcat quid ſit acturus. ℃ Ex hoc autem patere poteſt: quales debeanr eſſe portantes inſignia & uexilla. Nam uexillo confracto totus exercitus ē cōfuſus. Cum magna igitur diligātia eſt uexillifer eligēdus: ut ſit corpore fortis: animo cōſtans: fidelis principi: & expertus ī armis. & alia ſingula habeat: quæ requirūtur ad probum & ſtrennuum bellatorē. ℃ Contingit enim noſtris temporibus totum populū ciuitatis cuiuſdam deuictū eſſe a bellaroribus paucis. eo ꝙ uexillifer fraudem committēs: uelauit uexillum & abſcondit ipſū: quare cōfūdebantur bellatores: quaſi non habentes caput & ignorantes ad quid deberēt attēdere: propter quod ſi ī debellatione uita multorum hominum periculis mortis exponitur. cum magna diligētia uexillifer eſt quærend⁹. ℃ Ex dictis etiam patere poteſt: qualiter qualis debeat eſſe: qui in exercitu ē peditibuſ & equitibus præponēdus. Nam ſicut caput eſt præcantius membris aliis. Sic qui in bello præpōitur aliquibus turmis: uel bellatoribus aliis debet eſſe magis ſtrennuus illis: & magis expertus in hiis quæ requirūtur ad pugnam: Quare cū pedites ſi debeāt bōi bellatores eſſe: exiſtere debeant fortes uirib⁹: pceri ſtatura: ſcientes proiicere haſtas & tela:

Scire etiam debeāt gladium uibrare ad per cutiendum: portare ſcutum ad ſe protegēdū debeant eſſe uigilantes: agiles: ſobrii: haben tes armorum experiētiam. Oportet omnia hæc per amplius & perfectius reperiri in eo: qui eſt ſupra pugnatores pedites preponen/dus. Debet ergo qui in pugna peditibus præ ponitur eſſe fortis uiribus: procer ſtatura: ſci ens eiicere haſtas & iacula: ſciēs dimicare gla dio ad percutiendum: protare ſcutum ad ſe ꝓtegēdum: uigilans: agilis: ſobrius: habens omnium armorum experiētiam ut ſciat eru dire pugnātes ſibi commiſſos: & cogat eos ad bene bellandum & ad arma tergendum. Nam ipſe armorum uictor terrorem incutit hoſtibus: ut portans huiuſmodi arma creda tur bonus eſſe bellator. Ipſa enim rubigo ar/morum ī eo qui portat illa arguit inertiam bellandi. Si ergo talis debet eſſe qui præpo/nitᷣ pedibus bellatoribus multo magis de/bet aſſe armorum expertus.: & procer corpo re: & fortis uiribus qui eſt equitibꝰ præponē dus. quia in bello equeſti: maior conflictus efficitur: q̄ in pedeſtri pugna. Oportet igitᷣ præpoſitum & ducē militaris belli eſſe abi/lem corpore: ut poſit etiam armatus agiliter equū conſcendere. ſcire fortiter equitare cū lancea percutere: eiicere iacula: cū ſcuto ſe ꝓ tegere: cū claua & enſe dimicare. habere om nium armorum exercitium: ut poſſit ſuos cō militones de pugna erudire. ut fortiter pu/gnent. arma tergant: & alia faciunt quæ re/quiruntur ad bellum.

¶ Quibus cautelis debet uti dux belli: ne ſuus exercitus ledatur in uia. Capitulum. xi.

m ORS ēqd terribiliſſimū & finis omnium terribilium. ut dicitur: ter tio ethicorum. Vbi ergo quæritur mors populi: & ubi hoſtes inſidiantᷣ morti: ciuium. eſt omnis cautela adiben da ut exer/citus ſeruetur illeſus & ut uita ciuiū cōſeruetᷣ. Nō ergo ſufficit cōſiderare ea q̄ ſūt cōſiderā da ī pugna publica committēda. niſi ſciātur cautelæ ad remouēdū: īpedimenta uiarū: ne ex ercitus per īſidias hoſtiū periclitetur ī uia.

¶ Poſſumꝰ aūt quātū ad p̄ſens ſpectat octo cautelas enumerare: q̄s debet dux belli recti nere mēoriter ut ſaluetᷣ uita pugnatorū q ſūt ſub ipſo. ¶ Prima ē ut ſciat itinera regionū: p q̄ exercitus ꝓficiſci debet: & iterualla loco rū qualitates uiarū: & compendia & diuerti cula: & montes & flumina exiſtentia in itine re illo debet habere cōſcripta. Imo ſi uiæ illæ & paſſus & flumīa dux exercitus haberet de picta. quaſi oculorū aſpectu proſpiceret qua liter exercitus deberet pergere. tutius poſſet ſuum exercitum ducere. Sic etiam mariarii faciunt: qui uidentes maris pericula: ne eorū naues patiantur naufragium. deſcripſerunt maris mappam. ubi portus marini diſcrimi na maris & cætera talia proportionaliter ſūt deſcripta. quæ marinarii intuentes ſtatim p cipiunt qualiter debeant pergere: & in quo loco exiſtunt. & a quibus debeant ſe cauere: Quare etiam propter īſidias hoſtium exer citus tot quaſi: uel etiam pluribus periculis: exponatur in uia: q̄ nautæ in mari. nullo mo do debet exercitus pergere per uiam aliquā in qua pati poſſit inſidias. niſi qualitates uia rum mōtes: flumina: & cætera reperta in ip/ſo itinere habeat dux cōſcripta etiam & depi cta: ¶ Secunda cautela eſt: ut ſimul cum hoc ꝙ habet uias & qualitates uiarum conſcrip tas & depictas: ducat dux belli conductores aliquos bene ſciētes uias illas: qui pluries p uias illas peragrauere: & experti ſint illas. Nā uidere aliqua conſcripta & depicta non ſūt ita nota ſicut per ſeipſa ſenſibiliter uidemus ipſa. Nam potior eſt cognito rei per quā co gnoſcitur ī ſeipſa: q̄ per quam cognoſcitur: in pictura uel in alio ſimili. Ne tamen cōdu ctores moliantur fraudes aliquas: debet cir/ca eos dux belli bonas appōere cuſtodias ne poſſint fugere. Debet etiam eis minari mor tem: ſi in aliquo fraudulenter ſe habeant: & promittere dona ſi ſe fideliter geſſerint. ¶ Tertia ē habere ſecum uſapientes plres fideles principi exercitatos in bellis de quoꝝ

coſilio agat quicquid uiderit ipſe dux belli eſ ſe fiedū. Nā ubi tātū currit periculū null⁹ debet inniti ꝓprio capiti: nec credere ſibi ſoli.

¶ Q uarta eſt ut itinera ignorētur: per quæ debet exercitus proficiſci: Nam cōſilium ducis: quanto minus eſt publicum: tanto quæ ſunt in conſiliis deliberata: minus impediuntur: & citius fini debito mancipantur. Poſtquam igitur deliberatum ē per quas uias debet exercitus pergere: & uias illas. Dux habet conſcriptas & depictas. & habētur cōductores aliqui fideles. quanto hoc minus ē publicum & magis celatur ab hoſtibus. tāto exercitus magis ſecure proficiſcitur. ¶ Q uita eſt in quolibet munimine: & in qualibet acie habere aliquos eqtes fideliſſimos & ſtrēnuiſſimos: habentes equos ueloces & fortes qui ante & a tergo: & a dextra & a leua pcurrant: illuſtrantes & diſcooperientes inſidias. ne hoſtes aliq latitātes ex aliqua pte moleſtent exercitū. Nā ſi nullis eſſet notū ducis cōſiliū: eo tamē ipſo: ꝙ per aliquas uias incipit exercitus iter arripere: cōiecturari quis poteſt: per quas partes debeat proficiſci. Et qa probabile eſt ſemper in talib⁹ aliquos exploratores adeſſe. cogitare debet dux belli: ꝙ & hoc poſſet ad aures hoſtiū peruenire. Ita cū pericula uiſa: minus noceant: per uelociſſimos equites ſūt detegēdæ iſidiæ: ne exercit⁹ circa aliquā partē ex īprouiſo patiatur moleſtias. ¶ Sexta ē ut ſēper ex illa parte exercitus probiores milites & magis bellicoſi pedites: apponātur. ex qua creditur maius periculū imminere ꝙ ſi ex omni parte de periculo dubitatur: undiq; ſunt remedia adhibenda.

¶ Septima ē ne exercitus diſparſim uadat: Nam interrupta acie facilius debellatur. In qualibet enī hora ſic exercitus ſe debet habere: ut ſi & tūc hoſtes præſētes adeſſēt: ei nō poſſēt efficere nocumētū. Vnde & ꝓuerbialiter dicit̄. ꝙ q ē munitus: nō ē deriſus: Semper ergo dux belli: cui cōmiſſa ē tātorū uita: debet eē attētus & uigilās: ne hoſtes eū iuadere poſſēt: quaſi negligentem & dormientē.

¶ Debet etiā dux exercitus Centuriones & decani: & alii qui operibus bellicis præponūtur: ſemper monere milites pedites ut ſint parati ad arma: ut ſi contingeret aliqua inuaſio ſubita: poſſent inuadentibus reſiſtere. Sic caſu dicendo: dato ꝙ accideret aliquis repentinus inſultus eſſet quaſi prouiſus: & minus: præſtaret nocumentum:

¶ Octaua eſt conſiderare nocumētum exercitum in quibus ſit copioſior utrū magis habundet peditibus: uel equitibus. Nam equites melius ſe defendūt in campis. Pedites uero in locis ſilueſtribus & mōtuoſis. Itaq; ꝓut uiderit dux belli ſe abundare in equitibus uel in peditibus eligere poterit uias campeſtres & amplas uel mōtanas ſilueſtres & nemoroſas & alia prout nouerit expedire.

¶ Q ualiter ordinandæ ſunt acies: ſi debeamus contra hoſtes uel contra aduerſarios dimicare. Capitulum. xii.

P OSTQ VAM diximus ſub quo cōtiet̄ operatio bellica. Et ex qb⁹ regiōibus ſūt meliores pugnātes: Et ex quibus artibus ſunt meliores bellicoſi. Declarauimus etiam qualiter in exercitu cōſtruendæ ſunt mutitiones & caſtra. Et q̄ ſunt conſideranda ſi debeat publica pugna cōmitti. & quibus cautelis habūdare decet bellorū ducem. ne ſuus exercitus ledatur in uia: quātum ad campeſtrum bellum. Nihil ut uidet̄ ulterius dicere reſtat: niſi ut doceamus ordinare acies: Percutere aduerſarios: & iuadere hoſtes. Prius tamen dicemus de ordine acierum. Si enim ordo ſeruetur in ipſa acie nō modicum ualet ad pugnam. Nam ut ait Vegecius. niſi bellātes ſint ordinati: & occupēt debitum ſpacium bene pugnaꝛ̄ nō poterūt Nam ſi nimis ſunt cōſtricti: impediunt̄ ne alios percuteꝛ̄ poſſint. Si uero nimis rari & īterlucētes: aditum præſtant hoſtibus: ut facilius deuincantur. Seruare autem debitum ordinem ī acie ut equites & pedites ſuam aciem ſeruēt. non ſine magno exercicio fieri poteſt. Q ui igitur in tēpore aliquo uult bellare per

lare per diuturna tempora: debet exercitare pugnatores ad ſeruandum debitum ordinē & ad faciendum ea quæ requiruntᷣ in bello. Modus autem per quem pugnatores hmōi ordinē ſeruare diſcunt: eſt ut frequenter tam equites q̄ pedites ducantᷣ ad campos: & ille q eſt exercitus in bellis: & qui debet equitibus uel peditibus eē præpoſitus. ℂ Primo debet equites & pedites linealiter diſpōere: ita ut ſeriatim maneant: & æqualiter a ſe inuicē diſtent: ſecundum diſtantiam quā requirit acies equeſtris uel pedeſtris. Poſtea præcipere debēt ut duplicent aciē: ita ꝙ medietas aciei ſtatim ſeparet ſe a medietatē aliaꝝ & ſeriati ordinet ſe ante aliā uel poſt ipſam. quo facto ſtatī debet præcipere dux belli: ut aciē quadratā faciant: & deinde ut conſtituant trigonum quod faciliter fit. Nā acie quadruplata & ſecuta dyametro: & partib⁹ quadratis cōiunctis ſimul faciunt trigonum: uel ut ſit ad unum dicere: ꝙ non oēs hos modos geometricos capiūt ductis pugnatoribus ad cāpos: ſiue equitibus ſiue peditibus impera re debet dux belli: ꝙ pugnatores ordinēt ſe ſecundum formā quadrangularē: & poſtea ꝙ ſecundum triangularē. & deinde ꝙ ſcđm rotundū. & ſic deiceps debet aſſuefacere bellantes: ut ſciant conſtruere aciē: ſecundum quamcūꝗ formam. ℂ Hiis uiſis ſciendum quadrangularē formam aciei: inter cæteras formas eē magis inutilem. Ideo ſcđm hanc formam nūquam formanda eſt acies ſimpliciter: ſed in caſu ut ſi ſitus localē formam requireret. In huiuſmodi caſu conſtruenda eſt forma prædicta. ℂ Formæ autē acierū ſecūdū ſe utiles ad bellandū: ſunt pyrramidalis. rotunda & forficularis. Nā pugnātes uel ſolū uolūt ſe defēdere & ſuſtinere ictus: uel uolunt alios inuadere. Si ergo bellātes nō ſentiunt ſe tātæ potētiæ ut alios debellare poſſint: ſed ſufficit eis ut ſe defendāt: tūc eſt cōſtruēda acies ſcđm rotūdā formā. & pugnātes debent ſe magis conſtringere & cōſtipare ut acies non poſſit ab hoſtibus trāſcindi: Circa aciem āt in ſummitate: & in exteriori parte cōſtituendi ſunt homines grauioris ac maturæ & melius armati: q abſq; miori grauamine poſſint ictus ſuſcipere. Si uero pugnātes credunt ſe eē tātæ potētiæ ut poſſint aduerſarios inuadere tūc ſcđm eorū ꝓportionē hoſtes ſūt pauci uel multi. Si hoſtes ſūt ualde pauci: cōſtruēda eſt acies ſcđm formā forficularē. ut acies ſit aperta ad modū ferri equi: & quaſi forficis: ut aduerſarios quaſi in medio capiat & cōcludat. Si uero hoſtes ſunt multi: conſtituenda eſt ipſa acies ſecundū formā quam appellant cyemum. i. ſcđm figuram pyrramidalē & acutā: ut poſſit hoſtes ſcindere & diuidere. Nam diuiſis hoſtibus facilius debellātᷣ. Acies ergo cōſtructa in forma rotūda utilis eſt ad ſuſtinēdum. In forma uero forficulari eſt utilis ad circunſtādū & concludendum: cum hoſtes ſunt pauci. Sed in forma acuta & pirramidali utilis eſt ad ſcindēdū & diuidēdū: cū hoſtes ſunt plures. ℂ Sciēdū ē ergo ꝙ nūer⁹ acieꝝ cōſtitued⁹ ē ſcđm multitudinē pugnatoꝝ: ut ꝓut qs ē plures & pauciores pugnātes uiderit ſe hr̄e poterit plures aut pauciores acies cōſtruere. ℂ Sciēdū ēt ꝙ ſemp in cornu aciei & in locis ubi maius periculum eſt: ne acies confondatur: apponendi ſunt probiores pugnatores: qui poſſint uirilius dimicare. ℂ Eſt ēt aduertēdum ꝙ in qualibet acie ꝓpter numerū pugnatorum conſtitutoꝝ aciē reſeruādi ſūt aliqui ſtrēnui bellatores extra ipſam aciem: qui poſſint ad illam partē ſuccurrere: ubi uiderit magis aciem deficere. Hæc igitᷣ tria obſeruāda ſūt in cōſtitutione acierum. ℂ Primo ut acies bene ordinetᷣ ſecundum formam acutā rotūdam & forficularē: ut requirit bellum cōmittēdum. ℂ Secundo ut ꝓbiores bellatores in illis partibus aciei apponātᷣ: in qbus magis pōt cōfūdi et ꝑforari acies. ℂ Tertio ut extra quālibet aciem reſeruētᷣ aliq milites ſtrēnui & audaces: q poſſint ſuccurrerᷣ ad partē illā erga quā uiderint aciē titubare & deficere.

Quod deridendi ſunt in bello omnes percutientes ceſim. et quod elegibilius eſt percutere puncti. Ca.xiii.

OSTENSO qualiter ſunt acies ordinandæ & conſtruendæ: reliquum eſt oñdere qualiter pugnantes percutere debeant: utrū elegibilius eſt percutere ceſim uel punctim. Poſſumus aūt quinq uiis oñdere: deridendi ſunt percutientes ceſim: & elegibilius eſt percutere punctim. Prima ſumit̃ ex prohibitione armorū. Scda ex reſiſtentia oſſiū. Tertia ex prouidentia uulnerū. Quarta ex fatigatione mēbrorū. Quinta ex detectione percutientū. Prima uia ſic patet. Nam quanto enſis aut gladius plus capit de armis: tanto propter armoꝝ reſiſtentiam difficilius itur ad carnem. Inde eſt quod bellorum experti dicunt pugnantes ſemper debere habere loricas amplas: ita ut annuli loricarū ſe conſtringant: quia quanto illi annuli magis ſunt cōpacti: tanto oportet plures ex eis frangere: ut uulnera noceant. Sic quia percutiētes ceſim: oportet plus de armis incidere: quam percutientes punctim. Vt ergo nullus perueniat citius ad carneꝫ: magis eſt elegibile percutere punctim: q̄ ceſim. Modica autem armorum inciſio ſufficit ad legendum carneꝫ percutiendo punctim: quæ non ſufficeret ſi percuteretur ceſim. Secunda uia ad inueſtigandum hoc idem ſumitur ex reſiſtentia oſſium. Nam & ſi quis quaſi inermis exiſteret in percuſſione ceſſim, prius quā perueniretur ad cor uel ad mēbra uitilia: oporteret magnam plagam facere: & multa oſſa incidere: ſed percutiendo punctim: duæ unciæ ſufficiūt: ad hoc ut fiat plaga mortalis: & ſic letale uulnus: conſiderare quidem debemus quod quicquid eſt hoſti nociuum ſecundum quod hmōi: eſt nobis proficuum. Ideo in exercitu ubi quæritur mors aduerſariorum pecutiendum eſt punctim: quia ſic feriendo citius infligit̃ plaga mortifera. Tertia uia ſumitur ex prouidentia uulnerum. Nam quanto hoſtis magis uulnera prouidet: magis pōt ſe protegere: & citius poteſt illa uitare: quia iacula prouiſa minus ledunt. In percutiēdo autem ceſim: quia oportet fieri magnum brachiorum motum prius: infligatur plaga, aduerſarius ex longinquo pōt prouidere uulnus. Ideo magis ſibi cauere poteſt & cooperire ſe ictibus. Ideo ait Vegecius: quod punctim percutere aduerſariuꝫ ſauciat ante q̄ uideat. Vnde hoc genere percutiendi potiſſime uſi ſunt Romani. Dicebantur enim Romani milites omnes percutientes ceſim: quia & ipſi ſemper uolebant percutere punctim. Quarta uia ſumitur ex fatigatione membrorum. Inter cætera enim in bellis eſt hoc potiſſime attendēdum: ut pugnantes abſq nimia fatigatione ſui poſſint nimis aduerſarios ledere. Nā ſi bellantes nimis ſe fatigent non ualentes laborem illum tolerare: de facili dimittunt aciem & conuertunt̃ in fugā. Quare cum percutiēdo ceſim propter magnum motum brachiorum inſurgat ibi magnus labor. Punctim uero feriendo modica fatigatio ſufficiat. Elegibilius eſt percutere punctim quam ceſim. Ceſa. n. percuſſio quouis impetu ueniat: raro occidit. Sed puncta modico impetu inflicta facit letale uulnus. Quinta uia ſumitur ex detectione percutientis. Nam bonus bellator ſi poteſt: ſic debet aduerſarium ledere: ut tamen ipe non ledatur. Omnis ergo ille modus percutiendi eſt magis eligendus: ſecundum quem feriens minus diſcooperitur & detegitur, quia ſic feriendo minor leſio ei poteſt accidere. Quare cum percutiēdo punctim etiam tecto corpore poſſit nimis aduerſarius ledi, malius eſt percutere punctim q̄ ceſim. Percutiendo enim ceſim oportet eleuare brachiū dextrum: quo eleuato dextrum latus nudat̃ & diſcooperit̃: & datur hoſti uia: ut poſſint nos ledere: nam leuius infertur leſio & nocumentum corpore nudato q̄ tecto.

Quot & quæ ſunt illa quæ hoſtes potētiores reddūt: & quot modis & qualiter debemus hoſtes inuadere. Capitulū.xiiii.

VT dicebatur

e T dicebať ſupius: q̧ hoſti eſt ꝓfi/
cuū: nobis eſt nociuū. Et ecōuer/
ſo q̄cūq̧ igiť reddūt hoſtes for/
tiores ad reſiſtēdū bellātibus: qa illa ſūt eis
ꝓficua eorū oppoſita ſūt eis nociua: & red
dūt eos debiliores ne poſſint īpugnātibus
reſiſtere. Q uātū āt ad pſens ſpectat poſſu/
mus ſeptē enumerare: ꝑ q̄ hoſtes ſūt fortio
res cōtra īpugnātes. ¶ Primū eſt: ſi ſint in
acie debite ordiati. Nā cū ipā uirtꝰ unita: et
ēt ut ſupra tāgebať. fortior ſit ſe ipſa diſper
ſa: ſi hoſtes ſunt bn̄ uniti & debite in acie or
dinati ſi inuadantur difficilius euincuntur.
¶ Scđm quod reddit hoſtes fortiores ad
reſiſtendum: eſt locus. Nam in uno loco ho
ſtes facilius ſe tuentur q̄ in alio. Nam ut trā/
ſitu fluuiorū inter præcipicia mōtium: & in
ter facultates uiarū: ſi cōtingat hoſtes: in ta/
li ſitu repiri: difficilius ſe defendere poterūt
quia oportet eos ſparſim incedere quare ſi
cut locus ineptus defenſioni: ſi in eo hoſtes
īueīāť reddit eos debiliores ad bellādū. Sic
locꝰ aptus facit eos potētiores ad reſiſtēdū.
¶ Tertiū eſt ipm tēpus. Nā tēpore in quo
uentus eſt contra hoſtes: & in quo puluis fa
cies eoꝝ percutit: & in quo ſolares radii op
ponunť eorū oculis: difficilius pn̄t hoſtes
reſiſtere: tēpore uero in quo hæc mō oppo
ſito ſe hn̄t hoſtes abiliores ſūt ad pugnādū.
¶ Q uartū quod reddit hoſtes magis ani/
moſos & magis promptos ad renittēdum
eſt præuiſio. quia quādo prouiſi ſunt & præ
ſciunt pugnatorum aduētum: magis ſe mu/
niunt & minus terrenť ex eorum occurſu.
¶ Q uintū āt eſt debita & moderata quie/
tatio. Nam quanto hoſtes ſunt laſſati labori
bus uigiliis: & incōmoditatibus aliis. ſi tunc
inuaduntur facilius deuincuntur q̄ ſi debite
quieuiſſent. Debita ergo quies hoſtes poten
tiores reddit. ¶ Sextum quidē eſt amor &
cōcordia ipſorū. Nā ſi hoſtes diuiſi corpora
liter facilius deuincunť. multo magis diuiſi
animo & uoluntate debellanť celerius quia
maior eſt diuiſio animorum q̄ corporū. Et
ecōtrario ſi hoſtes nō ſunt ſparſi: ſed ſunt
corporaliter cōiuncti: potētes ſunt ad bel/
landum. & multo magis ſi ſe diligūt & ſint
coniuncti animo & uoluntate. quia de ipſis
magis cōfident: & erunt uiriliores & prom
ptiores ad pugnā. Omnis.n. amor eſt quæ
dam uis unitiua: & plus amor unit amantiū
corda. q̄ loci unitas exiſtētiū corpora. qua/
re ſi unitas lociꝰ & cōgregatio bellantiū eos
potētiores facit. amor & unitas cordiū: eos
uiriliores reddit. ¶ Septimū qđ facit ho/
ſtes potētiores: ad renitēdū. eſt latētia ꝓpria
rūꝰ cōditionū exiſtētiū circa ipſos. Nā quā
to cōditiones hoſtiū melius ſciunť: tāto fa
cilior eligiť uia: qualiter debeāt īpugnari:
quāto uero eorum negocia ſunt magis latē
tia magis ignoratur impugnatiōis modus.
¶ Enumeratis itaq; quæ reddūt hoſtes po
tentiores ad retinēdum. de facili patere po
teſt: q̄uō & qualiter bellantes ſuos hoſtes in
uadere debeant. Nā cū ſeptē modis enume
ratis hoſtes fortiores exiſtant: cū mō oppo
ſito ſe habeāt: ſunt inuadēdi: & debellādi.
¶ Prīo igiť dux belli ꝑ inſidias: uel ꝓpter
aliquē aliū modū: debet diligēter aduertere
qn̄ hoſtes ſūt diſpſi. & tūc debet eos inuade
re: quia nō habebunt potentiam reſiſtendi.
¶ Scđo debet diligēter explorare eorū itie
ra: ut trāſitus fluuiorū: ad ꝑcipitia mōtiū: ad
anguſtas ſiluarū: ad difficultates paludū &
uiarū ſe hoſtibus opponāt. qa ſic facilius de
uinceť. ¶ Tertio debet aſpicere ad ipm tē
pus: qn̄ ſol reuerberat ad oculos hoſtiū. pul
uis & uētus repcutiunt ad eorū uultus: tunc
debet eos inuadere. qa oculis eorū diſgrega
tis a ſole: & offenſis per uentū et puluerē nō
bn̄ uidere poterunt: qualiter debeant dimi
care. ꝓpter qđ oportebit eos fugā eligere.
¶ Q uarto dux exercitus ſic ſe tempore de
bet: ut tali hora facit ſuos commilitones ci
bū capere et requieſcere: et eorū equos pau
ſare: ut poſint inuadere hoſtes ex improuiſo
ut eos inuadant quando cibum capiunt: uel
quādo dormiunt. quādo ſunt ſecuri exiſten

tes inermes: uacantes: diſcalciati: diſtractis equis: non ſuſpicantes eorum aduentum.

Quinto debet diligenter explorare qñ hoſtes magnam fecerunt dietam: ſunt fatigati: habent laxatos equos: Tunc. n. ſi eos inuadere poterint: de facili terga uertent.

Sexto ſcdm Vegeciũ debet dux belli inter ſuos hoſtes & inimicos: uel p ſe: uel p alios mittere diſſenſiões iurgia cõmouere eos ad lites uel ad inimicitiã: ut de ſe iuicẽ non confidant. Hoc. n. facto ſi eos inuadat: nõ habentes fiduciã de ſe inuicem: de facili cõuertentur in fugã. Sed hæc cautela licet ponat eã Vegecius: non multum eſt appreciãda. quia uidetur impugnare bonis morib⁹.

Septimo debet diligẽter explorare cõditiones hoſtiũ: qualiter ſe gerant qualiter ſe habeant: quis eſt dux eorũ. De quo dux ille magis confidit: quos mores habeãt. Nã exploratis cõditiõib⁹ ſingulis: facili⁹ iuẽit uia qualiter poſſit hoſtes iuadere & debellare.

Q ũo hoies bellatores ſtare debeãt ſi uelint hoſtes pcutere: & qũo debeãt eos circũdare: & qũo debeãt ſe declinare a pugna ſi nõ ſit bonũ pugnã cõmittere. Ca. xiiii.

d IXIMVS in quodã capitulo pcedẽti pcutiẽdũ eẽ pũctim nõ ceſim in quo docuimus milites & etiam pedites. In hoc autem capitulo ſpecialẽ doctrinã uoluimus dare peditibus: qualiter debeant ſtare cũ uolunt hoſtes percutere. Percuſſionis autẽ hoſtium duplex eſt modus. Vnus a remotis: ut cum iaciendo iacula: uel miſſilia aduerſarios feriunt. Alius autẽ cum adeo appropinquãt ꝙ manu ad manũ ſe pcutiunt. Aliter autem debẽt ſtare bellatores uiri: cum a remotis iacula iaciunt: & aliter cum ex propinquo ſe feriunt. Nã iacẽdo iacula a remotis debent hẽre ipſos pedes ſiniſtros ante. & dextros retro. Nã cor quod eſt in animali principiũ motus principalius in partem dextram. ita ꝙ pars dextra in animalibus fortior eſt in mouẽdo & aptior ad motũ & qa ſẽp innitiť alicui mobili. ut ſi mouetur manus innitiť brachio. ſtatim & ſi mouetur brachiũ: innititť corpori quieſcenti: & ſi moueretť unus pes: innitiť alii pedi nõ moto. oportet ꝙ pars dextra innitať parti ſiniſtræ quieſcenti. Cum igiť pes ſiniſter anteponiť: & latus dextrum elongatur: optime diſponiť homo ad iacendum iacula & miſſilia: quia tunc quieſcit in ſiniſtra: & moueť in dextra uibrans ipſum iaculum quo uibrato uehæmentius mouet aerem & fortius ferit. Licet. n. tam ſcdm partem dextram q̃ ſecundũ ſiniſtram poſſumus quieſcere et moueri. Dextra tñ eſt aptior ad mouendũ: & ſiniſtra ad quieſcendũ. Ideo percutientes a remotis debemus quieſcere ſuper ſiniſtrũ pedẽ ante miſſum: & elongare nos cũ dextro ut poſſumus uehæmẽtius ipellere & uibrare iaculum. Sed quando manu ad manum pugnatur gladio: debemus econtrario nos hr̃e ita ꝙ pedẽ dextrum teneamus ante & ſiniſtrum poſt. Nam quia latus dextrum aptius eſt ad motũ. ſi illud ſit hoſti propinquius: ratione motus poterit melius ictus effugere. Vehæmẽtius. n. pcutiť qď ſtat q̃ qď moueť.

Rurſus ſi dextrũ latus ſit hoſti ꝓpinquius melius poterit ipm pcutere. Debẽt. n. bellatores cũ ad manũ pugnãt tenere pedẽ ſiniſtrũ immobiliter: & cũ uolũt pcutere cũ pede dextro debẽt ſe ante facere: & cũ uolunt ictus fugere: cũ eodẽ pede debẽt ſe retrahere: ſic itaq; tenẽdo pedẽ ſiniſtrũ immobilẽ: & cũ dextro ſe mouẽdo poterunt fortius hoſtes pcutere: & eorum ictus facilius fugere.

Viſo qũo debeãt ſtare bellãtes ſi debeãt hoſtes pcutere. uidere reſtat qũo ſũt hoſtes includẽdi & circũdãdi. Sciẽdũ igiť ꝙ raro aut nũquã ſic circũdãdi ſũt hoſtes in pugna publica ꝙ nõ pateat aliqs adit⁹ fugiẽdi qa deſpantes quaſi neceſſitate cõpulſi efficiunť audaces. Vidẽtes. n. ſe neceſſario moriẽdos: pñt multa mala cõmittere in eos q cõtra pugnãt. Inde eſt ꝙ laudať ſcipionis ſententia dicentis nunquam ſic eẽ claudendos hoſtes: ꝙ non patet eis aditus fugiendus.

Nam fugiẽtibus

Nam fugientibus hoſtibus nullum eſt periculũ: & in fuga periclitant͛ multi abſq; nocumento perſequentiũ. Sed cũ ſe uident incluſos quaſi coacti fiunt includentes. Cũ ergo ſupra diximus: formandã aliqñ eẽ aciẽ ſub forma foſiculari: ut qñ hoſtes pauci ad hoc ꝙ melius includant͛ & circundent͛: nõ ſic intelligendũ eſt ꝙ ita debeant circundari ꝙ nullus pateat aditus aſcẽdẽdi. niſi forte adeo eſſent pauci ꝙ quantumcũq; debellare uellent nullum poſſent nocumentum efficere.

¶ Oſtenſo itaq; qualiter debeant ſtare pugnantes: ſi uelint hoſtes percutere: & qualiter eos circunſtare. Reſtat nunc tertio declarare qualiter ſit declarandũ a pugna: ſi non habeatur conſilium: nec uideatur bonã pugnam cõmittere: eo ꝙ hoſtes ſint fortiores: & nõ poſſumus illis reſiſtere. In quo quantũ ad præſens ſpectat: debet dux belli duplicẽ cautelã hẽre. Prima eſt quantũ ad exercitũ propriũ. Nã & ſi dux conſiliũ habeat nõ eẽ pugnandũ: debet hoc ualde paucis patefacere: & nõ debet illud toti exercitui pandere ne timentes turpiter fugiant: & ab inſequentibus hoſtibus occidant͛. Taliter itaq; dux ſe habere debet: ꝙ nõ credat exercitus ꝙ uelit fugere: ſed ꝙ uelit alibi inſidias parare: & cõtra hoſtes uelit acrius dimicare.

¶ Secunda cautela adhibenda eſt ex parte exercitus hoſtiũ. Nã ſic debet deducere bellum: ut hoc hoſtes lateat. Ideo multi tempore nocturno: potius quã diurno hoc agũt & plures hanc habuere cautelã: ꝙ milites ſtantes in acie ex oppoſito hoſtiũ ꝓhibent eos ne pedites uidere poſſint ꝓpter qđ pedeſtris pugna latẽter recedit. qua recedẽte: equites poſtea melius pñt uitare hoſtiũ pcuſſiones.

¶ Eſt etiam aduertendum ꝙ quando ſic declinatur pugna nunquam acies ſe debent diuidere: quia ſi cõtingeret hoſtes inſequi fugientes a bello: plures occiderent: & manus nocumentum eis infertur fugiẽtibus: quam ſi ſe uerterent & bellarent. Debet etiam dux belli: inquirere utrum ſit aliquis locus propinquus ad quem poſſet confugere exercitus ſi fugaretur ab hoſtibus.

¶ Quot ſunt genera bellorũ: & quot modis deuincendæ ſunt munitiones & urbanitates: & quo tempore melius eſt obſidere ciuitates & caſtra. Capitulũ. xv.

UIDENTVR autem omnia bella ad quattuor genera reduci. uidelicet ad campeſtre: obſeſſiuũ: defenſiuũ: & naturale. ¶ Bellũ autẽ cãpeſtre dicitur omnis pugna facta in terra: ſecũdũ quã bellantes adinuicem pugnant abſq; mutatione media. Quanto tamẽ huiuſmodi pugna magis eſt a munitionibus ſeparata: tãto eſt magis cãpeſtris: & magis periculoſa.

¶ Secundum genus pugnæ dicit͛ obſeſſiuũ quando bellatores ſunt tantæ potẽtiæ: ꝙ nõ expectãt ꝙ hoſtes de munitionibus exeuntes uadant bellare ad campum: ſed ipſi munitiões inuadũt & obſident illas. Tale genus pugnæ communi nomine dicit͛ obſeſſiuũ.

¶ Eſt autẽ & tertium genus pugnæ: quod defenſiuũ uocari poteſt. Nam ſicut contingit pugnantes aliquos in tãta multitudine eſſe: & tantam habere potẽtiam: ut non expectant hoſtes exire ad cãpum: ſed ipſas munitones obſideãt & inuadãt. Sic contingit aliquos eẽ adeo paucos & tã debiles: ut non putent in campo poſſe reſiſtere impugnãtibus. ideo ſe in munitionibus tenent clauſos & ſufficit eis ꝙ poſſint munitiones defẽdere: ſi contingat eas ab hoſtibus impugnari. Tale genus pugnæ quo quis defendit munitiones & caſtra dicit͛ defenſiuum. Nam & ſi in omni pugna eſt aliquo modo inuaſio: & defenſio. Attamẽ cũ quis obſedit munitiones & caſtra: magis dicit͛ alios inuadere: quã ſe defendere. in pugna ergo obſeſſiua: magis eſt inuaſio quã defenſio. in bello uero ꝙ quis ſe tuet͛ in munitionibus & caſtris: magis eſt ibi defenſio quam inuaſio. ideo tale genus pugnæ merito dicitur defenſiuũ.

¶ Quartus aũt pugnandi modus dicit͛ naualis. quia ſicut contingit eẽ pugnã in terra

ſic contingit eā eē in aquis. Imo horribilio res & periculoſiores ſunt pugnæ aquaticæ quā terreſtres. Hmōi aūt pugnæ in aquis facta cuiuſcūq; conditionis aquæ illæ exiſtant nauales dicunt̄. quar̄ cū ſint quattuor genera pugnarū. poſtquā diximus de campeſtri. Reſtat dicere de obſeſſiua defenſiua & nauali: Contingit. n. aliqñ rrges & principes pugnare oībus hiis modis pugnandi. Nā aliqñ cōmitit cāpeſtre bellū. Aliqñ uero obſident munitiones & caſtra. Contingit ēt aliqñ aliquos inuadere aliquas munitiōes eo℞ propter qd̄ oportet eos uti pugna deféſiua. Amplius in principatu & regno contingit eē portus & terras maritimas iuxta mare ſitas propter qd̄ ne portus deſtruant̄: & ne fiat ab hoſtibus per eos introitus in regnū: & ne terræ marinæ īpugnent̄: expedit regibus & principibus aliqñ ordinare bella naualia. ℭ Dicto itaq; de bello cāpeſtri dicendū eſt de aliis generibus bellorū. Verū de cāpeſtri pugna diffuſius diximus: & de cautelis bellorū multa diſcutimus. cū per iā dicta circa oē bellū pñt cautelæ hr̄i qualiter quis debeat ſe hr̄e: nō oportet circa alia bello℞ genera diutius īmorari. Prīo tñ dicemus de bello obſeſſiuo. ℭ Viſo ergo quot ſunt bello℞ genera & dicto ꝙ poſt caſtrū cāpeſtre prīo dicendū eſt de pugna obſeſſiua. cū per hmōi pugnā contingat optineri & deuinci munitiōes & urbanitates. Reſtat dicere quot modis talia deuinci pñt. Eſt aūt triplex modus optinendi munitiones & caſtra uidelicet per ſitim: famē & pugnā. Contingit. n. aliqñ obſeſſos carere aqua. Iō uel oportet eos ſiti perire uel munitiones reddere. quare diligenter excogitare debent obſidentes munitiōes aliquas utrū uel aliqua ingenia uel per aliquā induſtriā poſſint ab obſeſſis accipere aquā. Nā multotiens euenit aquā a remoto prīcipio deriuari uſq; ad munitiones obſeſſas. quare ſi in illo fontali prīcipio deſtruat̄ fiſtula uel meatus: ꝑpter quā pergit aqua ad obſeſſos: oportebit ipos pati aqua℞ penuriā. ℭ Rurſus aliqñ munitiones ſunt altæ. & aqua nō peruenit uſq; ad eas. quare ſi ſit a munitionibus rēota debēt obſidētes adhibere oēm diligētiā: q̄ nō poſſint obſeſſis ꝓhiber̄ aquā. ℭ Secundus īpugnandi munitiōes eſt per famē. Nā ſine cibo durare nō poſſumus. Iō obſidentes ut munitiones obtineant paſſus uias & oīa loca per quæ poſſent obſeſſis uictualis deferri diligenter cuſtodire debent: ne eis talia deferant̄. In hmōi. n. obſeſſionibus multotiens plus affligit fames q̄ gladius inde eſt ꝙ multotiens obſidentes uolentes citius opprīere munitiones ſi contingat eos capere aliquos de obſeſſis: nō occidūt illos: ſed ꝑ mutilationē mēbro℞ eos reddt inutiles & poſtea illos rēittunt ad munitiōes obſeſſas. ut ibi una cū aliis cōmedētes apud ipſos obſeſſos maiorē famē & inopiā īducāt. ℭ Tertio modus optinendi munitiōes eſt per pugnam: ut cū inter ad muros: & cum per pugnam dimicatus contra obſeſſos. S; qualiter & quot modis contingat pugnam cōmittere: in ſequenti capitulo oſtendetur. ℭ Oñſo quot ſunt genera bellorū: & quot modis deuīcēdæ ſunt mūitiōes obſeſſæ. Reſtat oñdere: quo tēpore melius eſt obſidere ciuitates & caſtra. ℭ Sciēdū itaq; ꝙ tēpore æſtiuo ante q̄ recollecta blada: una: & alia ꝑ q̄ ſubuēiri pōt inopiæ obſeſſorū: eſt melius obſeſſionē facere. Illo. n. tēpore oīmodi deuīcēdi melius deuīcūt̄ obſeſſi. Nā ſi ꝑ ſitim mūitiōes optinēdæ melius eſt facere obſeſſionē tēpore æſtiuo. eo ꝙ tūc magis deſiccāt̄ aquæ. nec ſic abūdāt pluuiæ cæleſtes: ut poſſit ꝑ ciſternas ſubuēir̄ obſeſſis. ℭ Rurſus ſi ꝑ famē eſt caſtrū uel ciuitas obſeſſa optinenda melius eſt obſeſſionē facere æſtiuo tēpore: antequā meſſes & uina ſint recollecta: qa ſemper tali tēpore cōſueuerūt deficere fructus anni ꝓteriti. quare ſi obſeſſi nō pñt gaudere fructibus anni aduenietis: citius ꝑibūt inopia. Amplius ſi poſt bellū & pugnā munitiōes ſunt optinendæ: melius eſt hoc agere æſtiuo tp̄e. Nam tēpore yemali abundāt

pluuiæ

pluuiæ replent̃ foſſæ aquis: quare difficilius impugnant̃ obſeſſi. ¶ Ruſus incommodi tates tẽporum magis moleſtant obſidentes & exiſtentes in campis q̃ obſeſſos manẽtes in domibus. Vel igit̃ obſeſſiones fiẽdæ ſũt tẽpore æſtiuo. uel ſi per multa tẽpora obſeſſiones durare debent. ſaltẽ inchoandæ ſunt tẽpore æſtiuo: prius q̃ blada: uina: & alios fructus terræ recolligere poſſint obſeſſi.

¶ Quomodo debent munitiones obſideri: & quomodo periculoſius impugnari poſſunt munitiones obſeſſæ. Ca. xvii.

i Si obſidẽtes negligẽtes fuerit: et nõ diligẽter ſe mũiãt ab obſeſſis moleſtari poterũt. Nã cũ cõtigat obſeſſiões p multa aliqñ durare tẽpora: nõ eſt poſſibile obſidẽtes ſemp eẽ paratos æque. lõ niſi ſũt mũiti: qđ cõtigit: ꝙ exiſtẽtes in caſtris cũ fuerit occupati obſidentes ſomno uel ludo uel ocio: aut aliqua neceſſitate diſpſi: repẽte ꝓrumpũt in ipos & ſuccẽdũt tẽtoria: deſtruũt obſidẽtiũ machias: & aliquando multi ex obſidẽtibus periũt. Quare obſidẽtes ut tuti pmaneãt: lõge a mũitiõe obſeſſa: ſaltẽ p ictũ teli uel iaculi: debẽt caſtrametari: & circa ſe facere foſſas: & figere ibi ligna: & cõſtruere ꝓpugnacula: ut ſi oppidãi eos repẽte uellẽt iuadere: reſiſtẽtiã inuẽirẽt. ¶ Viſo quõ ſe munire debent obſidentes ne ab oppidanis moleſtent̃. Reſtat oñdere: quot modis impugnare debẽt obſeſſos. ¶ Eſt autem unus modus impugnãdi communis & publicus. uidelicet per baliſtas: arcus: & per lapides emiſſos manibus uel fundis: & etiam per appoſittones ſcalarum. Multũ enim induſtres in pugna: ſi obſeſſi faciũt ſe ad muros: & ad propugnacula: ſtatim impugnãt eos cum baliſtis & arcubus. Iaciunt contra ipſos lapides cũ manibus uel cum fundis apponunt ſcalas ad muros: ut ſi poſſint aſcendere ſint pares illis. ¶ Præter tamen hos modos impugnationis apertos eſt dare triplicem impugnationis modũ nõ oĩbus notũ. Quoꝝ unus eſt per cuniculos. Alius eſt per machinas proiicientes lapides: magnos & graues. & tertius per ædificia impulſa uſq; ad muros munitionis obſeſſæ. De omnibus itaq; hiis impugnatiõibus dicem⁹ ſed primo de impugnatione per cuniculos. ¶ Primo igitur per cuniculos. i. per uias ſubterraneas deuincuntur munitiones. Debent eni obſidẽtes priuati in aliquo loco terrã fodere anteq̃ locum tentorium uel aliqđ aliud ædificiũ debẽt appõere ne obſeſſi uider̃ poſſint: ubi incipiãt fodere. ibi enĩ fodiendo uias ſubterraneas: ſicut faciunt fodiẽtes argentum: & inueniẽtes uenas metalloꝝ. debẽt p uias illas faciendo eas profundiores: q̃ ſint foſſæ munitionis deuicẽdæ. & pergere uſq; ad muros munitiõis prædictæ. ꝙ ſi hoc fieri poteſt: leue eſt munitionem capere. Nã hoc facto: prio debẽt muros fodere & ſupponere ibi ligna: ne ſtatim cadant. Et cũ omnes muros uel maximã partẽ murorũ ſic ſuffoſſerũt & ſubpũctauerũt: ſi uiderint obſidẽtes: ꝙ p ſolũ caſũ murorũ poſſint mũitionẽ optinere: ſtatĩ debẽt apponere ignẽ ĩ lignis ſuſtinẽtibus muros: & facere omẽs muros: uel facere magnã partẽ eorũ cadere: & replere foſſas: quomodo quaſi ex inopinato facto terreãtur obſeſſi: ut facilius deuicat̃ oppidũ. ¶ Eſt etiam attẽdẽdum ꝙ uiæ ſubterraneæ ſemper ſunt muniendæ tabulis & aliis artificiis: ne cadat terra & ſuffocet fodiẽtes. terra etiam quæ extrahitur de dictis foſſis: eſt taliter abſcondenda: ne uideatur ab obſeſſis. Et rurſus cũ ignis apponitur ad ipſa ligna: ſuſtinentia murum. Apponens huiuſmodi ignẽ: & exiſtentes cum eo: debẽt ſe ad locũ tutum facere: ne ledantur per murorũ caſũ Sic ergo agẽdum eſt in impugnatiõe per cuniculos. cum ad munitionem obtinendã ſufficit ſola murorũ ruina. Sed cum hoc creditur nõ ſufficere muris exiſtentibus ſuffoſſis & ſub pũctatis: nondũ apponendus ẽ ignis ſed procedẽdũ eſt ad maiores munitiões & ad maiora mœnia caſtri uel ciuitatis obſeſſæ & per ſimiles uias ſubterraneas. ẽ ſimiter fa

pides emiſſi poſſint tale ædificium frãgere:
Cooperitur etiã crudis coriis: ne ab igne poſ
ſit offẽdi. Conſueuit autem tale ædificium:
fieri ĩ lattitudine octo pedum. & in lõgitudi
ne ſedecim. In altitudine uero tot pedum: ꝙ
homines ibi competẽter poſſint exiſteř. hu
iuſmodi enim ædificiũ tãtæ quantitatis: uel
etiã maioris ẽ optĩe undiq; muniẽdũ & ĩpel
lẽdũ uſq; ad muros munitionis obſeſſæ: ſub
quo homines exiſtẽtes fodiũt muros illos:
Eſt aũt hoc ædificiũ utile. cũ talis eſt muni/
tio obſeſſa: ꝙ uſq; ad muroſ eius poteſt tale
ædificiũ ĩpelli. ¶ Tertiũ gen⁹ ædificiorũ ſũt
turres uel caſtra. Nã ſi nec p̱ arietes: nec p̱ ui
neas capi poſſũt munitiões obſeſſæ: accipiẽ
da ẽ mẽſura muroꝝ munitiõis illis & ſecũdũ
hmõi menſuram: uel etiam ſm altiorẽ con
ſtruẽdæ ſunt ligneæ turres: uel: caſtra: quæ te
genda ſunt crudis coreis: ne ſuccendãtur ab
igne. Cum hiis quidem ligneis caſtris: du/
pliciter impugnantur munitiones obſeſſæ.
¶ Primo iaciẽdo lapides. Nã ſi altitudo ca/
ſtrorum excedit altitudinẽ muroꝝ: & etiam
turricularum & propugnaculorum exiſtẽti
um in ipſis. Sic ſe habebunt exiſtentes in ca
ſtris: ad exiſtentes ĩ munitionibus. quodam
modo ſicut exiſtẽtes in munitionib⁹: ad eos
qui ſunt in baſſo uel ĩ terra. ¶ Rurſus in hu
iuſmodi caſtris ordinantur pontes cadentes
per quos itur ad muroſ mũinitionis obſeſſæ
Altitudo autẽ muroꝝ dupliciter poteſt acci/
pi. Primo per umbram. Nã per leue filum:
cuius nota ſit quantitas: ligandum eſt ad ſa/
gittam & proiicendum uſq; ad muros muni
tionis: ſecundum quantitatem cuius ſciri po
terit quãtitas umbræ. In illa ergo hora ĩ qua
accipit̃ umbræ quantitas erigend ũ eſt aliqđ
lignum ĩ altũ faciens tantam umbrã. & ſm
altitudinem illius illi erit altitudo murorum
Verum quia nõ ſplẽdet ſemp̱ ſol & facit um
brã. ſed aliquando tegitur nubibus. ¶ Dabi
mus alium modũ accipiendi altitudinem cu
iuſlibet ædificii: & quorumcũq; muroꝝ. Ac
cipiatur aũt lignum uel tabula aliqua ad quã
titatem alicuius hominis. & illæ hõ ad cuius
quantitatem accepta eſt tabula illa: iaceat ſe
ĩ terram: & ad pedes eius ponatur p̃dicta ta/
bula: & aſpiciat per ſũmitatẽ illi⁹ tabulæ: & ſi
uiſus eius proceditur magis alte: q̃ ſit ædifi/
cium: cuius eſt altitudo ſumẽda: trahat ſe ma
gis prope ædificiũ illud. Si uero uiſus protẽ
datur magis baſſe: q̃ tabula ſic exiſtẽte ad pe
des: & ſic iacente in terra: elõget ſe ab ædifi
cio prædicto donec p̱ ſummitatẽ tabulæ pũ
ctaliter uideat ſummitatẽ eius. Nam ut pro
bari poteſt geometrice: quãta erit diſtãtia a
capite hominis ſic iacentis uſq; ad ædificiũ
illud: tanta erit ædificii altitudo. Poſſẽt etiã
menſuræ talium altitudinum accipi per regu
las traditas in aſtrolabio & quadrante. Sed
de hoc nobis non ſit curæ: ſufficiat aũt de ta
libus ad præſens tanta dicere: quanta ſuffici
unt ad propoſitũ. ¶ Quartũ gen⁹ ædificio
rũ uocãt muſculos. Sunt eni muſculi quædã
ædificia parua: ſub quibus tegũtur homines
trahentes uel impellentes caſtra uſq; ad mœ
nia munitiõis obſeſſæ. ¶ Poteſt aũt p̱ hmõi
muſculos quaſi continuari caſtra uſq; ad mu
nitionẽ obſeſſã. ꝙ cum factũ ẽ: tripliciter eſt
ĩpugnanda munitio. Nam ĩ caſtro ſic ædifi
cato ad munitionẽ ĩpugnandam: eſt tria cõ
ſiderare. uidelicet partẽ ſupiorem excedẽtẽ
muros & turriculas munitiõis capiẽdæ. Par/
tem quaſi mediã: ad quam applicantur pon
tes cadendi ſuoer illos muros & partẽ in ĩ/
mam: ad quam applicãtur muſculi. a quibus
ſunt homines trahentes uel impellentes ca/
ſtrum. Cum ergo caſtrum illud appropiqua
uit quãtũ debuit ad muros munitõis obſeſſæ
Illi qui ſunt in parte ſuperiori debent proii
cere lapides & fugare eos qui ſunt in muris:
Qui uero ſunt in parte ĩtermedia debẽt pũ
tes dimittere & iuadere muros. Sed qui ſũt
ĩ parte infima & ſub muſculis: ſi poſſunt ad
muros attẽdere & eos ſuffodere: ut etiam &
ſic obſidẽtes intrare poſſint obſeſſam muni
tionẽ. Sũt & baliſtæ arcus machinæ lapida
riæ & omnia talia cõgregãda ut quãdo hæc

fienda

fienda ſunt tūc munitionē percutiūt. Q uā/
to enī pluribus modis ſimul munitio impu
gnat̃: tāto plus terrēt̃ obſeſſi & citi⁹ capit̃.

## ¶ Q ualiter ædificanda ſunt caſtra aut ciui tates: ne pugna obſidentibus facilius deuin/ catur. Capitulum.xx.

POSTQ VAM diximus de bello
cāpeſtri & determiauim⁹ de bello
obſeſſiuo: docētes ipſos obſidētes
munitiones & caſtra q̄liter debeāt ea obſide
re & debellare. In parte iſta determinare uo
lumus de bello defenſiuo: ut poſtquā docui
mus obſidētes qualiter debeāt inuadere ob/
ſeſſos uolumus docere ipſos obſeſſos quali/
ter ſe debeant defendere ab obſidentibus.
¶ Primū aūt qd' maxīe facit ne obſeſſa ciui
tas deuincat̃ ab obſidentibus: & maxīe facit
ut obſeſſi faciliter poſſint defendere muni/
tionē aliquā: eſt ſcire: qualiter ædificāda ſūt
caſtra & ciuitates & munitiōes cæteræ: ne fa
ciliter impugnēt̃. Sunt aūt quinq; in huiuſ
modi ædificatione cōſiderāda: p q̄ munitio
nes fortiores exiſtūt: & difficiliores ad capiē
dū. Primo quidē fortificantur munitiones:
& ſūt difficiliores ad bellādū ex natura loci.
Secūdo ex angularitate murorū. Tertio ex
terratis. Q uarto ex ꝓpugnaculis. Q uinto
ex foſſatis. Ex natura qdē loci urbs munitio
nes etiā fortiores exiſtūt: ſi editæ ſunt in pro
ruptis rupibus. V el in locis eminentibus &
inacceſſibilibus. Aut ſi mare ſit circa eas: uel
paludes: aut flumina circūdāt ipſas. A prici/
pio igit̃ quādo ædificādæ ſunt munitiones
defendēdæ ab exteriori pugna & ab obſidē
tibus: cōſiderāda eſt natura loci: ut in tali lo/
co ædificētur: ꝙ ex ipō ſitu fortiores exiſtāt.
V el ſi nō uacat munitiōes de nouo ædifica
re. Et aliqui timētes irā dominorū. Aut do/
mini metuētes furorē populi: uolūt ſe tueri
in munitiōe aliqua: ſi aſſit facultas q̄rēda eſt
munitio talis: q̄ ex ipſa natura loci fortior
exiſtat: & difficilior ad impugnandū. ¶ Se
cūdo urbes & munitiones ſunt difficiliores
ad impugnādū ex angularitate muroꝝ. Nā
ſi munitio muros habeat angulares: ſi cōtin
gat obſidentes ad muros accedere: ut muni/
tionē deuincāt: obſeſſi facilius ſe tuentur ab
illis: & leuius offendūt obſidētes. Nā ꝑpter
angularitatē murorū non ſolū ex parte ante
riori: ſed etiā a tergo: & quaſi ex parte poſte/
riori percurrūt impugnātes munitionē illā.
Fiēdi itaq; ſunt muri angulares: ut munitio/
faciliter defendi poſſit. ¶ Tertiū qd' reddit
munitionē difficiliorē ad capiendū: dicūtur
eē terrata uel muri ex terra facti. Nā in mu/
nitione fienda nō ſolū eſt querēda bonitas
ſitus & angularitas murorū: ſed circa muni/
tionē illā ædificandi ſunt duo muri aliquali
ter diſtātes: & itra ſpaciū: ꝙ inter illos duos
muros includit̃: ponēda eſt terra: q̄ fodien/
da eſt de foſſis q̄ fiendæ ſunt circa munitio
nē illā: uel eſt aliunde terra apportāda & po
nenda in illo ſpacio intermedio. Eſt etiā hu
iuſmodi terra inter tale ſpaciū poſita ita dē/
ſanda: ꝙ ad inuicē conglutinet̃ & efficiatur
quaſi murus. Cōtingit etiā turres: ex terra fa
cere: ſi bene cōdenſetur: ꝑpter qd' nō eſt in
cōueniēs cōſtruere hmōi muros ex terra de/
præſſata: ualet qdē conſtitutio taliū murorū
ad defendēdū munitionē: ne deuincatur p
machinas lapidarias. Nā dato ꝙ per hmōi
machinas totus murus exterior rueret: mur⁹
conſtitutus ex terra quaſi abſq; leſione ſuſci
peret ictus machinarū: qa cū lapis eiectus a
machia pueniret ad hmōi murū: ꝑpter mol
liciē eius cederet terra & reciperet lapidē il/
lū quaſi ac ſi eſſet fabricatus. Expertū eſt enī
muros ex terra depræſſata cōſtitutos minus
lædi a machinis lapidariis q̄ muri alii: debet
qdē talis ex terra factus eē groſſus: quia tūc
quaſi abſq; læſiōe ſuſcipiet lapides emiſſos
a machinis. ¶ Q uartū aūt qd' facit muni
tiōes fortiores ſunt turres & propugnacula.
Nā in ipſis muris cōſtruēdæ ſunt turres & ꝑ
pugnacula: ut munitio leui⁹ defendi poſſit.
Maxime aūt ante portā quālibet ipſius mu
nitionis: de qua timet̃: ne ad eā accedāt obſi
dētes: fiendæ ſunt turres & propugnacula &

ante hmõi portã ponẽda eſt catheracta pẽdẽs annulis ferreis undiq; etiã ferrata prohibẽs ingreſſum hoſtiũ & incẽdiũ ignis. Nã ſi obſidẽtes uellẽt portas munitiõis ſuccẽdere catheracta q̃ eſt ante portã ꝓhibebit eos. Rurſus ſupra catheractã: debet eſſe murus ꝑforatus recipiẽs ipſam ꝑ quẽ locũ poterunt proiici lapides: emitti poterit aqua ad extinguẽdũ ignẽ: ſi contigeret ipm ab obſidentibus eẽ appoſitũ. ℭ Quintũ qđ facit munitiones magis inacceſſibiles & fortiores: ẽ latitudo & profunditas foſſarũ: q̃ ſi adſit facultas replẽdæ ſũt aquis. Hiis ergo modis ſunt munitiones difficiliores ad capiendũ. Ideo uidẽdũ eſt a principio ab his qui uolunt munitiones defendere ab obſidentibus eas: ut ĩ munitiõibus illis oĩa hæc uel pluras ex iſtis concurrant ad hoc: ꝙ facilius defendantur.

ℭ Quõ muniẽdæ ſunt ciuitates & caſtra: & uniuerſaliter oẽs munitiões ꝙ ab obſidẽtibus difficilius capiantur. Capitulum. xxi.

NON ſufficit ſcire qũo ædificandæ ſunt munitiones: & quales muros debẽt hr̃e: & qũo debẽt eẽ ſitæ: niſi ſciat̃ qũo ſũt muniẽdæ: ut nõ de facili uinci poſſint. ℭ Dicebat̃ eni ſupra triplicẽ eſſe modũ deuincẽdi munitiones: uidelicet ꝑ famẽ ſitim & pugnã. Sic ergo muniendæ ſunt munitiões obſeſſæ: ne aliquo horũ modorũ poſſint deuinci. Ne eni fame deuincãt̃ tria ſunt attẽdẽda: uidelicet ut frumẽta auena ordeũ & cibaria ſingula & uniuerſa pabula: q̃ poſſunt deſeruire ad uictũ: de portãda ſunt ad munitionẽ obſeſſam: prius q̃ obſideatur ab extraneis: & ſi timetur de obſeſſione ante recollectionẽ frugũ: ex aliis locis ꝓpinquis ſunt talia acquirẽda: ne munitio obſeſſa ob carẽtiã uictus poſſit pati defectũ. Quicqd aũt nõ põt ad munitionem deferri: uel ſi deferretur nõ multũ eſſet utile caſtro uel ciuitati obſeſſæ totũ eſt igni cõbutẽdũ ne obſidẽtes ſuperueniẽtes: inde capiãt emolumentũ: & ex bonis ꝓpriis munitionis obſeſſæ impugnẽt ipſam. Si aũt timeatur de diuturnitate tẽporis: ut ꝙ per multa tẽpora debeat obſeſſio perdurare: maxime muniẽda eſt ciuitas uel caſtrũ obſeſſũ milio. Nã miliũ iter cætera minus putrefit: & plus durare perhibetur copia etiã carniũ ſalitarũ nõ eſt prætermittẽda: ſalis etiã multitudo multũ eſt expediens munitioni obſeſſæ: eo ꝙ ad multa ſit utilis: ℭ Secundo in muniendo caſtrũ uel ciuitatẽ aliquã obſidendã quãtũ ad uictũ: nõ ſolũ attendendũ eſt ut magna copia uictualium deferat̃ ad munitionẽ obſeſſam: ſed etiam ut uictualia delata per temperatos erogatores per familias diſpenſentur: unde ſi fieri poſſet. Si ciuitas obſeſſa eſſet magna: & nõ poſſet aliunde recuperare uictum: in qualibet cõtrata ciuitatis uictualia reduci debent ad horrea publica: & parce & temperate per uiros prouidos diſpenſare: ꝙ ſi munitio obſeſſa modici eẽt ambitus hoc efficere nõ eſt difficile: quare eni nihil prodeſt multa ꝑparatio uictualium: niſi parce & cum temperamẽto diſpenſetur. ℭ Tertio eſt in talibus attendendum: ut perſonæ debiles & inutiles nõ ualentes proficere ad defenſionem munitionis obſeſſæ. ſi commode fieri põt ſunt ad partes alias tranſmittẽdæ: tales enim cõſumunt & commedunt. quæ deberent bellatoribus erogari. ℭ Rurſus ſi timeatur de inopia uictualium: beſtiæ q̃ ſunt in munitione obſeſſa: a quibus obſeſſi poſſunt cõmode abſtinere ſunt occidendæ & cõmedẽdæ uel ſaliẽdæ ſi eſui aptæ ſunt. ymo in tali caſu cõmedẽda ſũt multa quæ ad eſum uetat cõis uſus. ℭ Viſo qũo mũitio obſeſſa uitat ne capiat̃ fame: de leui patere põt qualiter ſe debeant habere obſeſſi: ne deuincant̃ per ſitim. Nã anteq̃ aliqui eos obſideãt: ꝓuidere debent ꝙ ad talem munitionem pergant in qua ſit aquaꝝ copia: ꝙ ſi uero ibi nõ ſint fontes: fodiendi ſunt putei: ꝙ ſi etiam locus ſit ſiccus: ut ibi nec putei fieri poſſunt: fiendæ ſunt ciſternæ: ut cæleſtiũ aquaꝝ ſuperabundantia ſuppleat aliarũ aquarũ defectum: ꝙ ſi munitio obſeſſa ſit circa mare & non poſſit habere aquam

re aquam

re aquam niſi ſalitam: eo q dulcem aquã ha
beat diſtantẽ. ad quã capiendam prohibent
obſidẽtes: tunc mediante cera poterit dulci/
ficari. Nã ſcdm phũm in methauris. Q uic
qd eſt ex aqua ſalita p poros cere ptraſit to/
tũ in dulce conuertitur defendedum eſt eti
am ad munitionẽ obſidendã in magna co/
pia acetum & uinum ne ex potu ſolius aquæ
bellatores adeo debilitent: q nõ poſſint ui
riliter reſiſtere obſidentibus. ¶ Oñſo qũo
ſunt remedia adhibẽda cõtra famẽ & ſitim
p quæ obſeſſa munitio deuinci cõſueuit. Re
ſtat uidere q̃ ſunt remedia adhibẽda: ne p
pugnam obſeſſa munitio deuincat. ¶ De
bẽt ergo ad ciuitatẽ uel ad caſtrũ obſeſſum
deportari i magna copia: ſulphur: pix oleũ
ad comburendum machias hoſtium. Ferra
ãt & ligna ſunt ad mũitionẽ obſeſſam in de
bita abũdantia deportanda. ut per ligna ha
ſtæ ſagittarũ & telorũ: & etiam ædificia ne
ceſſaria munitiõi fieri poſſint. Per ferra ue
ro etiã reparari poſſint arma. & fieri tela &
ſagittæ: & alia per quæ ipugnari ualeãt obſi
dentes. Eſt etiam multitudo fieri perutilis:
ipis obſeſſis ad deſtruendum ædificia & ma
chinas ipſorũ obſidentium. ut in ſequẽti ca
pitulo apparebit. Sexta etiã torrẽtiũ in ma/
gna copia ſunt ad munitionem deportãda
qa talia ſunt ſolidiora & aptiora ad iaciẽdũ
ex eis ergo replẽdi ſunt muri & turres muni
tionis obſeſſæ. Calcẽ etiam puluerizatã de/
ferendũ ẽ ad ipam munitionẽ in magna ha
bundantia: & ex ea replẽda ſunt multa uaſa:
ut cõ obſidentes appropinquant muris mu
nitionis. iacienda ſunt uaſa illa quibus fra/
ctis puluis illius ſubintrat obſidentiũ oculos
& adeo offẽdit eos ut quaſi cæci & nõ uidẽ
tes ppercuti poſſint. Neruorũ etiam copia
& funiũ utilis eſt munitioni obſeſſæ: ꝑpter
baliſtas & arcus & alia præparanda. q ſi ner
ui deficiant: loco eorum adhiberi poterunt:
crines equi uel capilli mulierũ. ¶ Recitat. n.
Vegecius q cum romanis neruorum copia
defeciſſet: & nõ poſſent eorum machinas re
parare ad reſiſtendũ bellatoribus: mulieres
romanæ abſciſis crinibus: eos ſuis maritis:
tradiderunt, per quos machinis reparatis ad
uerſariorum ipetum repulerunt. Malueaũt
.n. ut ait Vegecius illæ pudiciſſimæ fœmi/
næ cũ maritis cõuiuere deformato capite: q̃
ſeruire hoſtibus integris crinibus. Sunt etiã
ad munitiones deportanda cornua beſtiarũ
ad reformandũ baliſtas & arcus & coria cru
da ad tegendũ machinas & alia ædificia: ne
ab aduerſariis per incendia comburantur.
Hiis etiam cautelis: & per ea quæ dicta ſunt
reſiſtere poterũt obſeſſi: ne eorum munitio
nes per pugnã ab obſidentibus deuincat.

¶ Q uo reſiſtẽdũ ẽ mũitiõi factæ p cũicu/
los: & q̃liter machinis lapidariis & aliis ædi
ficiis obſeſſi debeãt obuiare. Ca. xxii.

e NVMERABANTVR ſupra
tres ſpeciales modi ipugnãdi mu
nitiões obſeſſas. Q uorũ unus erat
p cũiculos & uias ſubterrãeas. Alius p machi
nas lapidarias. Et tertius p ædificia ipulſa uſ
q ad mœnia caſtri uel ciuitatis obſeſſæ. q̃re
ſi docuimus p præfatos modos iuadere ob
ſidentes obſeſſos. Reliquũ eſt ut declaremus
quomodo obſeſſi a pdictis ipugnationibus
contra obſidentes ſe defendere ualeant.
¶ Prio ergo dicemus de remediis cõtra im/
pugnationẽ per cuniculos. Poſſumus autem
circa hæc duo remedia aſſignare. Vnum eſt
per profunditatẽ foſſarum repletarum aquis
Nã ſi circa munitionẽ obſeſſam ſint profũ
dæ foueæ aquis repletæ: ipediunt obſiden/
tes nec obſeſſos impugnare poſſint per cu/
nicos & uias ſubterraneas. Dato tñ q foſſæ
aquis repleri nõ poſſint: ſi ſint ualde ꝓfun/
dæ peramplæ ſufficienter ipediunt ſubter/
raneas uias: qa hoc genere ipugnationis im
pugnari nõ poſſunt munitiones obſeſſæ. ni
ſi dictæ uiæ ſubterraneæ ꝓfũdiores ſũt foſ/
ſis. Munitio ergo defẽdẽda: uel ẽ ſupra pe/
trã firmã: & tunc ꝓpter duritiẽ lapidũ non
eſt facile per cuniculos debellarre eã. uel eſt
ſupra petrã de facili labilẽ. aut ſupra terã:

de facili fodi poteſt. & tunc per profundas foueas eſt fortificanda munitio: ne per cuniculos deuincat. ℂ Secundũ remediũ cõtra cuniculos & uias ſubterraneas eſt facere in munitione obſeſſa uiam aliam correſpondẽtem uiæ ſubterraneæ factæ ab obſidentibus. Si.n. obſeſſa munitio foueas nõ habet pfundas: nec habet eas repletas aqs. ppter quod timetur de ĩpugnatione per cuniculos diligenter conſiderare debent obſeſſi: utrũ ab aliqua parte uideãt terrã deferri: & utrum per aliqua ſigna cognoſcere poſſint obſidẽtes inchoare cuniculos. ꝗ cũ perceperint: ſtatim debent uiã aliam ſubterraneam facere correſpondentẽ illis cuniculis. ita tamen ꝗ uia illa pendeat contra obſidẽtes. & tũc per uiam illam ſic perforatam: cuius partẽ fecerunt obſidentes: & partẽ obſeſſi: debet eẽ bellum cõtinuum ne obſidentes per uiam illam munitionẽ ingrediantur. ℂ Debent etiam obſeſſi iuxta inchoatiõẽ uiæ ſubterrãeæ hẽre magnas tinas plenas aquis: uel etiam urinis. & cum bellant contra obſidẽtes: debent ſe fingere fugere: & exire foueã illam quo facto tantam aquam aut urinã cõgregatam effundere debẽt ſupra obſidẽtes: exiſtẽtes in cuniculis. Temporibus enim noſtris: multi obſidentiũ ſic periclitati ſunt. Quare ſi hoc aliquando factũ fuit: nõ debemus reputare impoſſibile ne iterum fieri poſſit.

ℂ Viſo quomodo reſiſtendum ſit debellationi factæ p cuniculos. Reſtat uidere quomodo obſeſſi debeant obuiare ĩpugnationi factæ p lapidarias machinas. Cõtra has aũt quadrupliciter ſubuenit. ℂ Primo quia aliquãdo ſubito ex munitiõe obſeſſa exiuit magna multitudo armatorum: & inuadũt machinam. & prius q̃ exercitus poſſit ſuccurrere ad defendendum eam ſuccedunt ipſam. Sed ſi munitionẽ ipſam obſeſſi exire nõ audeant: tunc clã de nocte aliqui ligati funibus per muros emittuntur: q abſconſe ignẽ portantes abſq; eo ꝗ alii percipiant: machinam incendunt quo peracto: trahuntur ſuperius: per funes ad munitionem illam. ℂ Eſt etiã & tertius modus deſtruẽdi machinas: faciẽdo ſagittas: quas appellant telos. Eſt autem ſagitta illa in medio quaſi quædã cauea: in qua ponitur ignis fortis: factus ex oleo ſulfure & pice & reſina quẽ ignem cõ ſtupa cõuolutũ bellatores antiqui incendarium uocauerunt. Hmõi aũt ſagitta per baliſtã fortẽ emiſſa uſq; ad machinam multotiẽs ſuccendit ipſum. ℂ Quarto ẽt modo reſiſtentur machinis lapidariis: uidelicet faciendo alias machinas interius: pcutiẽdo eas & deſtruendo ipſas. ℂ Inter cætera autẽ ſummũ remediũ eſt poſtq̃ conſtituta eſt machina: interius facere ei fundã ex chatenulis ferreis uel teſtam ex ferro & iuxta machinã illã conſtruere fabricã in qua aliquod magnum ferrũ bene ingeratur: ꝗ bene ignitum apponatur ſuper fundam ex ferro textam: & proiiciatur ad machinã aliam uel ad quodcunq; ædificiũ lignorum. Contra hoc enim coria cruda non ualẽt: ligna non habent reſiſtentiã. Omne enim ædificiũ ligneum hoc modo comburi poteſt. Sunt autẽ & multæ aliæ particulares cautelæ: ualẽtes ad defenſionẽ contra lapidarias machinas. Sed quia talia cõpleta ſunt narratione non cadunt: prudẽtis iuditio relinquãtur. ℂ Oſtenſo quomodo reſiſtendũ ſit cuniculis & lapidariis machinis. reliquum eſt delectare: quomodo obuiare debeãt ædificiis aliis ĩpulſis ad mœnia munitionis obſeſſæ. Ad hoc ãt ualeret quæcũq; diximus contra reſiſtentiam machinarum. Nã ſicut deſtrui poſſunt lapidariæ machinæ per ĩprouiſum inſultum obſeſſorum: & per homines de nocte latenter emiſſos. & p ſagittã deferentẽ ignẽ fortẽ: & per machinas alias emittentes lapides. uel per fundas ex ferro textas iacentes ignita ferra. Sic omnibus hiis modis poſſunt huiuſmod ædificia lignea impugnari. Imo expertum eſt cõtra ſingula hmõi ædificia maxĩe ualere: ſi p alias machinas uel aliquo alio modo ferra ignita iaciant in ipa. ℂ Poſſumus tamẽ ſpecialia

cialia remedia cōtra huiuſmodi ædificia aſſignare: ut cōtra arietē conſtituatur lupus. Dicebatur enim trabē ferratam percutientē muros munitionis obſeſſæ: propter duriciē capitis uocari arietem. Contra hoc aūt conſtituit̃ quoddam ferrum curuū dentatū dētibus fortiſſimis & acutis & ligatū funibus cum quo capit̃ caput arietis: uel caput illius trabis ferratæ. quo capto: uel omnino aries ad ſupiora trahit̃: uel ita ſuſpenditur: ut muris nocere nō poſſit. Vnde & bellatores antiqui hmōi ferrū uocauerunt lupum. eo ꝙ acutis dentibus arietē caperet. Contra caſtra uero multum ualent ferra ignita adhibetur ſpeciale remedium cōtra ipa. quia fiunt cuniculi & uiæ ſubterraneæ: & clā ſuffodit̃ terra. unde debet tranſire caſtrū. quia ſub foſſa et caſtro dimerſo in ipam propter magnitudinem ponderis oportet caſtrum iterū conſtrui eo modo ꝙ non poſſit ex fouea in integꝝ remoueri. ℂ Cōtra uineas uero et muſculos ēt multum ualent ignita ferra. Q ꝺ ſi tñ contingeret p hmōi ædificia perforari muros munitionis obſeſſæ. cū de hoc dubitat̃ anteꝙ hoc fiat extinguanant̃ ædificia lignea: uel ſi ſit poſſibile: ædificent̃ muri lapidei: ut ſi cōtinges obſidentes intrare munitionē: retineant̃ clauſi inter muros illos: & non ualentes ſe defendere propter muroꝝ incluſionē lapidibus obruant̃. Eſt tantum diligenter aduertēdum ꝙ aliquādo obſidētes fingunt ſe fugere: & ſic p inſidias & uerſutias inuadunt munitionē obſeſſam. Ideō non ſtatim poſt receſſum hoſtiū ſunt munitiones dimittēdæ & eſt cuſtodia negligēda Imo inueſtigandæ ſunt conditiones hoſtiū ut quod palam habere non poterunt per inſidias & aſtutias optinere non poſſint.

ℂ Qualiter conſtruenda eſt nauis & qualiter cōmittendum nauale bellum: & ad quæ bella ſingula ordinantur. Ca. xxiii.

In hoc ultimo capitulo tractare uolumus aliqua de nauali bello. Non tamen oportet circa hoc tantum inſiſtere quia multa quæ dicta ſunt in aliis generibus bellorum: applicari poterunt ad naualem pugnam circa hanc autem pugnam dicemus. Primo uidendum eſt qualiter fabricanda ſit nauis. Nam naui male fabricata ex modica impugnatione hoſtium de facili perit. ℂ Sciēdum ergo: ꝙ ſcdm Vegecium ligna ex quibus conſtruenda eſt nauis: non ſunt quolibet tempore incidenda. Nam tēpore martii & aprilis in quo humor incipit in arboribus abundare: non eſt bonū incidere arbores: ex quibus fabricanda eſt nauis. Sed tēpore iulii et auguſti uel aliquo alio tēpore in quo humor arboꝝ deſiccet̃: ad hmōi fabricam: incidēda ſunt ligna. ℂ Rurſus nō ſtatim inciſis lignis eſt ex eis fabricanda nauis. Sed primo arbores ſunt diuidēdæ per tabulas: et per aliquod tēpus dimittēdæ: ut deſiccari poſſint. Nā ſi ex lignis uiridibus cōſtruat̃ nauis quando naturalis eorum humor expirauerit contrahunt̃ ligna et faciunt in nauibus rimas. quibus in nauibus nihil periculoſius eſſe poteſt. Durū eſt enim intendere ſimul bellis naualibus et exponere ſe periculis: ne puppis per rimas: naufragium patiat̃. ℂ Viſo qualiter incidēda ſunt ligna: & quomodo reſeruanda ut ex eis nauis debite ualeat fabricari. Reſtat uidere quomodo in naui bñ fabricata cōmitenda ſunt bella. Habet autē nauale bellū quā tū ad aliqua ſimilem modum bellandi cum ipſa pugna terreſtri. Nam ſicut terreſtri pugna oportet pugnātes bñ armatos eē: & bene ſe ſcire a pſecutionibus protegere: & hoſtibus uulnera infligere: Sic & hæc requirūtur in bello nauali. Imo in huiuſmodi pugna oportet homines melius eſſe armatos: ꝙ in terreſtri quia cum pugnatores marini quaſi fixi ſtēt in naui & quaſi modicū ſe moueāt melius ſuſtinere poſſunt armorum pōdera: quare eorum armatura grauior eſſe debet. ℂ Poſſumus tamē quantum ad præſens decem enumerare. p quæ marini pugnatores hoſtes ipugnare debēt. ℂ Primū eſt ignis

quem incendarium uocant. Expedit enim eis habere multa uaſa plena pice: ſulphure: raſina:oleo. quæ omnia ſunt cum ſtupa conuoluenda. Hæc enim uaſa ſic repleta ſunt ſuccedenda & proiicienda ad nauem hoſtium. Ex qua proiectione uas frangitur & illud incendarium comburitur: & ſuccendit nauem. Sunt enim multa talia in naui proicienda:ut ex multis partibus poſſit nauis ſuccedi:& cum proiiciuntur talia. Tunc enim contra nautas committendum durum bellum ne poſſint currere ad extinguendum. ℭ Secundo ad committendum marinum bellum multum ualent inſidiæ. Nam ſicut in terra ponuntur inſidiæ militum: qui ex improuiſo inuadentes hoſtes eos terrent: & de facili uincunt. Sic in mari poſt aliquas inſidias fiunt inſidiæ:ut marini pugnatores ex improuiſo irruentes in hoſtes: eos faciliꝰ uincant. ℭ Tertio eſt circa marinum bellum attendendum: ut ſemper pugnantes nauem ſuam faciant circa profundum aquarum:& nauem hoſtium impigant ad litus. quia pugnandi impetum perdunt qui detrahuntur ad terram. ℭ Quarto ad arborem nauis ſuſpendendum eſt lignum quoddam longum: ex utraq; parte ferratum: quod ad percutiendum tam nauem q̄ nautas: ſe habeat quaſi aries cum quo teruntur muri ciuitatis obſeſſæ. Debet autem ſic ordinari lignũ illud:ut ligamentum retinens ipſum poſſit deprimi & eleuari. quia hoc facto maior habetur commoditas:ut cum ipſo percuti poſſit tam nauis q̄ ēt exiſtentes in ipſa. ℭ Quinto in bello nauali habenda eſt copia amplarum ſagittarum:cum quibus ſcindenda ſunt uela hoſtium. Nam uelis eorum perforatis & non ualentibus retinere uentum. non tamē poſſunt ipſi hoſtes impetum habere pugnandi. Nec etiam poſſunt ſic faciliter recedere ſi uolunt declinare a bello. ℭ Sexto cōſueuerunt nautæ habere ferrum quoddā curuatum ad modum falcis. bene incidens: q̄ ad placitum ad funes retinentes uela ſtatim incidit ipſa. Velis autem ſic inciſis & cadentibus ab arbore: ſubtrahitur ab hoſtibus: ne ſic pugnare poſſint. quia per talem inciſionem uelorum redditur nauis pigrior: & quodammodo inutilior: ad pugnandũ. ℭ Septimo cōſueuerũt etiam nautæ haberẽ uncos ferreos fortes: ut cum uident ſe eē plures hoſtibus: cum illis uncis capiunt eorum naues ut non permittant eos diſcedere. ℭ Octauo in nauali bello eſt hæc cautela attendenda: ut de calce alba puluerizata habeant multa uaſa plena: quare ex alto ſunt proiicienda in naues hoſtium. quibus ex impetu proiectis & factis eleuatᷓ puluis: ut ſupra diximus in bello terreſtri. & ſubintrat hoſtium oculos: & adeo offēdit eos: ut quaſi cæci uidere non poſſint. quod in bello nauali: eſt ualde periculoſum. quia ex omni parte bellantes: in tali bello uident ſibi imminere mortem: quare ſi oculi bellantium in tali pugna ex puluere calcis ſic offenduntur. ut uidere nō poſſint: de facili uel perimuntur ab hoſtibus uel ſubmerguntur in aquis. ℭ Nona cautela eſt habere multa uaſa plena ex molli ſapone: quare cum impetu proiicienda ſunt: ad naues hoſtium: & hoc ſuper loca illa: in quibus contingit hoſtes exiſtere ad defendendum naues. Nam uaſis illi confractis in huiuſmodi locis. loca illa per ſaponem liquidũ redduntur adeo lubrica: q̄ hoſtes ibi ponentes pedes ſtatim labuntur in aquis. ℭ Eſt etiam & decima cautela quaſi pernitioſior omnibus aliis. Nam reperiuntur aliqui marinarii: qui diu ſub aquis durare poſſunt. Nautæ igitur debent ſe ſerio ordinare contra naueꝫ hoſtium: & clam poſt tergum: debent aliquem emittere diu ualentem durare ſub aqͣs qui accepto penetrali ſub aquis debet accedere ad hoſtilē nauem: & eam in profundo perforare: faciendo ibi plura foramia: q̄ foramina ab hoſtibus repiri nō poterunt. cũ per ipa cœperit abundare aqua qua abundāte & hoſtes & nauem periclitabit. Sunt autem in bello nauali alia obſeruāda: ut ſit ibi copia lapidum

copia lapidum & etiam ferrorum acutorū quæ quaſi lapides iaciuntur: cum quibus hoſtes nimium offenduntur. Sed cætera talia quia nimis particularia ſunt: ſub narratione non cadunt. Sufficiant ergo cautelæ: quas tradidimus erga nauale bellum. ¶ Oſtenſo qualiter incidenda ſunt ligna: ex quibus conſtituenda eſt nauis: & quomodo bellandum eſt in nauali bello. Reliquum eſt: ut declaremus: ad qui bella omnia ordinantur. ¶ Sciendum ergo ꝙ ſecundum philoſophum non bellamus: ut bellemus: ſed ut pacem habeamus. Poteſt ergo bellum ex nequitia hominum: & ex cupiditate eorum ordinari ad lucrum: uel ad aliquam aliam ſatiſfationem iræ uel concupiſcentiæ. Bella tamen ſi iuſte gerantur & debite fiant: ordinanda ſunt ad pacem: & ad quietem hominum: & ad commune bonum. Nam ſic ſe debent habere in ſocietate hominum. ſicut ſe habent potiones & flebotomiæ in corpore humano. Nam ſicut in humano corpore ſunt plures humores. ſic in conuerſatione et ſocietate hominum eſt dare plures perſonas et plures homines: et ſicut quamdiu homines ſunt æquati in corpore. et non eſt ibi humorum exceſſus non indigemus potione nec flebotomia. Sic quamdiu homines debite ſe habent: et unus non iniuriatur alteri non ſunt committenda bella. quare ſicut per flebotomiam et potionem: ſupeflui tas humorum eſt eiicienda: per quam turbatur ſanitas corporis. Sic per bella ſunt hoſtes conculcandi et occidendi. per quos impeditur commune bonum: et pax ciuium. et eorum qui ſunt in regno. ¶ Suppoſito ergo reges et principes habere iuſtum bellum et hoſtes eorum iniuſte perturbare pacem et commune bonum. non eſt inconueniens docere eos omnia genera bellandi. et omnem modum per quem poſſint ſuos hoſtes uincere: ꝙ totum ordinare debent ad commune bonum et pacem ciuium. Nam ſi intendant commune bonum et pacem ciuium. merebuntur pacem illam eternam in qua eſt ſuprema requies. quam deus ipſe ſuis promiſit fidelibus. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicit liber de regimine principum æditus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum Santi Auguſtini.

¶ Impreſſum Venetiis per magiſtrum Simonem Beuilaquam Papieſem Anno Domini Milleſimo .CCCCLXXXXVIII. Die nona Menſis Iulii.

REGISTRVM

¶ A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y

¶ Oēs ſunt terni præter A qui eſt duernus.